27 hoc facere mẽtionẽ. ¶ † Et tunc dicet sic. dico ꝙ talis rem meã talẽ quã detinebat seu possidebat dolo desijt possidere: que quidem res ad me iure dñij ꝑtinebat ⁊ ꝑtinet. quare cũ de iure idẽ reus pro possessore haberi debeat: peto dictã rem ad me ꝑtinere iure dñij declarari: ⁊ hoc declarato dictã rẽ mihi restitui. q̄uis eñ nõ possideat vr̃ ꝙ debeat peti restitutio: sed post cuȝ reus dicet se non posse restituere: iurabit in litẽ ex dolo vel quãti res est in culpa: iuxta. l. q restituere. vnde glo. ibi dicit ꝙ ad aliud agit: aliud ɔsequit innuẽdo ꝙ restitutio ibi reperit ⁊ soluit estimatio Si aũt culpa desijt possidere in casib⁹ q̄bus tenet ex culpa de q̄bus dixi: tũc oportet fieri de hoc mẽtionẽ in libello. vel ĩ ꝓcessu: ⁊ nõ dicet eũ dolo sȝ culpa desijsse possidere. valet ergo libell⁹ si
28 dicat se dñm. ¶ † Sȝ q̄d si pars petat ꝙ declaret an dicat se dñȝ directũ vel vtilẽ? Dicas ꝙ tenet declarare an agat vtili vel directa: vt. ij. dixi: ꝑ cõsequẽs ⁊ ꝓ quo dñio agit: al's videret vtrunq̄ ⁊ totũ ius vndecũq̄ quesitũ in iudicio deduxisse. ff. de excep. rei iu. l. si mater. §. eãdẽ. l. ⁊ an eãdẽ. l. §. actiones. Si tamen reus huiusmodi declarationẽ nõ petat: forte prudẽtius agit: q̄ si nil fuerit declaratum: ⁊ actor succubuerit: ⁊ post iterũ agat vtili obstabit ei exceptio rei iudicate: q̄ nõ obstaret si declarasset se: vt dixi. s̄. latius. ⁊ per hoc videt ꝙ dato libello nõ specificato dñio si det actor articulos seu positiões sup vtili tm̃: ꝙ dicat se emphy. vel vasallũ vel colonũ ad nõ modicũ tp̃s: ꝙ tales articuli debẽt admitti: q̄ omne dñiuȝ vr̃ in iudiciũ deductũ. nec ob. ꝙ dicẽdo dñium: intelligit de directo in dubio: vt. l. j. §. j. ff. si ager vecti. qd̃ verũ est de ꝓpria significatiõe ⁊ in materia ĩ qua alterũ tm̃ dñiũ cadit: sȝ in materia ĩ qua vtrũq̄ põt cõprehẽdi sicut in iudicijs vbi oĩa veniũt: de quibus nõ est actũ spãliter ne veniãt: vt. l. solẽnis. ff. de iudi. dicendũ est ꝙ oẽ dñium venit. argu. dicti. §. actio-
29 nes. j. eo. ¶ † Sȝ q̄d si actor dicat in libello qd̃ res ꝑtinet ad ip̃m nec declarat in iure dñij: nunq̄d valet talis libellus? Expeditũ videtur ꝙ sic: extra de fi. instr. c. inter dilectos. de excep. c. cũ venerabilis. ⁊ sic tenet Spe. de lit. cõtest. §. de ꝓprietate. ver. alie sunt reales. ¶ Ego credo ꝙ libell⁹ satis ꝓcedit de se. si tm̃ pars petat declarari q̄uo pertinet: actor tenet declarare: q̄ verbũ ꝑtinere: est dubiũ ⁊ latã hȝ significationẽ: ⁊ sic cũ libell⁹ debeat eẽ cert⁹ declarari dȝ. ff. de verb. ob. l. verbũ ꝑtinere. ¶ Preterea si tenet actor declarare an agat vtili vel directa: multofortius quare res ad eũ pertinet an iure dñij vel debiti. ¶ Emphy. vero vasallus vel alij debẽt facere mentionẽ de suo vtili dñio: ⁊ dicũt sic. cũ tu talẽ rẽ teneas ⁊ possideas que ad me iure vtilis dñij pertineat: cũ eam in feudũ vel emphy. teneã declarari q̄uo teneas peto ⁊c. ¶ Nunc videamus de modo probãdi dñium. ⁊ in hoc aduerte ex qua causa voles dicere te dominũ. vnde scd̃m naturã acquisitiõis dñij oportet te articulare. ⁊ super hoc vide de acqui. re. do. per totũ. s̄. de re. diui. per totũ. ⁊ hoc satis est facile videre si viam ferã vendicare: dices eam te cepisse vel aliũ a quo causaȝ habuisti. ⁊ eodem modo prosequere materiam de re. diui. in hoc tamẽ aduerte: q̄ si dices te dominium: quia emisti a domino: oportet qd̃ probes quatuor. primo qd̃ ille vẽditor esset dñs: qui vẽdidit tibi qd̃ solueris pretiũ ⁊ ꝙ tradidit rem. s̄. de re. di. §. vendite. ⁊ idem in alijs titulis. oportet enim probare titulũ ⁊ traditionem

a ¶ Itẽ no. Et in Spec. de loca. ver. vj. ⁊ ver. lvj. ⁊ se. ⁊ ver. cxlviij. et Bar. in. l. cũ res. C. de ꝓbat. vbi ẽt per Bal. Alexã. cõsi. ccij. ij. parte. vbi plene. ⁊ cõsil. x. et. xj. iiij. parte. idẽ Alex. in. l. j. ff. de vsuca. Itẽ vide Pe. de ferra. ĩ sua pra. in forma libelli ĩ act. reali. itẽ Pet. Jac. tit. de rei vendi.

b ¶ Eque. istũ §. ɔtinuãt Ang. ⁊ do. Jac. eodem mõ: diuide tñ hȝ ang. ⁊ sic summa Pro seruitute cõstituẽda vl' nõ cõstituẽda ꝓdite sunt actiones in rẽ tam pro seruitutibus rusticis: q̄ vrbanis: realibus vel ꝑsonalibus: ⁊ in his etiã agit q̄ possidet. secus in rebus corporalibus regulariter.

c ¶ Debes scire. Uide Ange. hic in. ij. col. ante me. ĩ v̄. Et ꝑmitte ad intelligentiã ⁊ domi. Jas. may. hic in. j. col. post princ. in v̄si. ad euidentiã huius. §.

⁊ dñium tradẽtis. ff. de acqui. re. do. l. nũq̄. ⁊. l. traditio. Iteȝ probas dñium: si tenuisti cũ titulo ⁊ bona fide rẽ mobilẽ tribus annis immobilem. x. vel. xx. iuxta. l. si quis emptionis. C. de prescrip.
30 xxx. vel. xl. anno. ¶ † Quid si nõ ꝓbet titulũ sȝ ꝓbet ꝙ ipse ⁊ predecessores sui tenuerũt rem illã tanq̄ suã a tãto tp̄e ꝙ hoĩm memoriam excedit? Nõ vr̃ valere: q̄ illa probatio non obtinet nisi in seruitutibus: cũ alio casu nõ reperiat de iure ciuili: vt. l. si arbiter. ff. de proba. de aqua plu. arcẽ. l. j. §. fi. Forte posset sustineri cõtra. nã cur nõ bene acquirit dominium tãto tp̄e sicut admittit. ff. de acqui. re. do. l. nunq̄. §. thesaurus. imo forte sufficeret si ꝓbaretur ꝙ actor ⁊ predecessores gesserũt se pro dominis rei. xxx. annis ⁊ vltra pro talibus habiti fuerunt: q̄uis non probent titulum. ⁊ facit qd̃ no. ff. de condi. insti. l. quidam. Si vis latius videre libellos ⁊ positiones in rei vendi. vade ad Spec. tit. de propri.
a §. j. de actio. seu pe. §. sequi. ver. item nota.

1 ☞ Seruitutes quedam sunt reales: quedam personales. item realium quedam sunt prediorũ rusticorũ: quedam vrbanorum.
2 Seruitutes que debentur persone que sint ille. vide exempla.
3 Seruitutes personales an sint si pacto tecum egi ꝙ possim recipere de lignis nemoris tui quantum mihi sit necessarium ad calefactionem hospitij mei: an talis seruitus sit personalis.
4 Quid si aliquis dedit mihi vsum in foresta sua: an sit seruitus personalis.
5 Seruitus an sit realis si concessi tibi vsagium in tali foresta mea quantum tibi sit necessarium pro necessitatibus talis castri tui.
6 Quid si per pactum vel stipulationem constituatur.
7 Deinde ponit diuisionem textus.
8 Actionis confessorie ⁊ negatorie que sint exempla. ⁊ nu. 9.
10 Usufructuarius vel creditor non sunt domini rerum.
11 Possessor rei potest aliquando vicem petitoris sustinere. vt in exemplo.
12 Ciuiliter possidens an teneatur rei vendicatione.
13 Actio confessoria quid sit.
14 Actio confessoria vnde procedat ⁊ cui competat.
15 Titius debebat tibi aliqd̃ deuerium: tu vendidisti illud Sẽpronio: Titius obligauit se Sẽpronio: tu quittasti Titiũ: an ꝑ hoc est translata proprietas ⁊ possessio seruitutis in Sempronium.
16 Seruitus si legatur alicui: statiȝ acquiritur legatario hereditate adita.
17 Seruitus quanto tempore prescribitur a possessore bone fidei.
18 Quid sit in seruitute formata.
19 Prescriptio seruitutis acquirẽde a quo tẽpore incipit currere.
20 Quis autem erit modus probandi.
21 Quid si nõ possit probare requisita. sed probat vsum frequentẽ.
22 Quid autem in seruitute formata.
23 Bonafides an debeat probari qui dicit se prescripsisse.
24 Qualiter aũt probabit qd̃ non possedit vi clam vel precario.
25 Possidens seruitutem. xxx. annis an possit agere confessoria.
26 Agens possessorio pro iure seruitutis si reus probat se dominũ: debeat fieri executio.
27 Agens pro seruitute quasi sibi sit cõstituta an debeat cõstituentem probare dominum.
28 Actio confessoria contra quem competat. ⁊ quare sic vocetur.
29 Libellus qualiter formatur in actione confessoria.
30 Confessoria an competat si debet aliquid dari: puta: rusticus debet par caponum quotannis.
31 Quid aũt magis consequitur per confessoriam in effectu q̄ per interdictum vti possidetis.
32 Actio negatoria quid sit: ⁊ vnde nascatur.
33 An autem detur contra quemlibet impedientem.
34 Negatoria actio si intentatur: quis debet probare.
35 Conclusio libelli qualis sit in actione negatoria.
36 Negatoria actio quanto tempore tollatur.
37 Agens negatoria si constituat aduersarium in contumacia: nec vult comparere quid iuris.

b **Eque**[b] **si.** ¶ Supra dixi de actiõibus realibus que cõpetunt pro rebus corporalibus: sequitur de realibus que competũt pro rebus incorporalibus que sunt due: vna que datur vendicanti vel defendenti seruitutẽ que vocat cõfessoria. alia que datur ad negãdum seruitutem que negatur ne-
c gatoria. Et pro euidentia casus ⁊ dicendorum debes scire[c] qd̃
1 quedam seruitutes sunt personales: quedam reales. ¶ † Item realium quedam vrbanorum prediorum: quedam rusticorum. Personales hm̃ Dy. dicuntur dupliciter: quia quedam debent a persona persone. quedam a re persone. a persona persone: vt est videre a persona serui qui debet seruitutem domino suo hm̃ eũ. Sed certe ibi nõ est seruitus formalis de qua hic tractatur: quia cum sit seruus domini: nõ potest dici ꝙ dominus habet seruitutem in re sua. ff. si vsusfr. pe. l. vtifrui. q̄uis dicat seruitus. s̄. de iure. person. §. seruitus. sed ad veritatem non est seruitus formalis: vt dixi. ¶ Sed ecce casum vbi potest esse seruitus formalis: ⁊ debetur a persona

betur a persona persone: qñ legant opere serui vel ministerium: tunc est bene formalis: qꝛ legatarius nõ est dñs serui: ſ; censetur
2 fructuarius.ff.de vsufru.le.l.ij. ¶ †Sed illarũ que debent a re ꝑ sone sunt plura exẽpla: vt vsusfruct⁹: vsus: ꝛ habitatio. vñ ſm gl. tres sunt ꝑsonales seruitutes tñ: vc; vsusfr. vsus: ꝛ habitatio. addit Dy. quartã: opere seu ministeriũ seruoꝝ: vt.ſ.pri.dixi. ¶ Sʒ gl. hoc reprobat.ff.de vsufru.l.si quis binas. ꝛ dicunt personales que debent persone ꝛ cũ persona extinguunt.ff.qui.mo.vsusfru. amit.l.sicut.§.fi.nisi in legato opere serui qđ extiguit per mortẽ serui nõ legatarij: vt.d.l.ij.de vsufr.le. reales debent a re rei: ꝛ nõ possunt cõstitui nisi sit res que ex hoc ꝓspiceret ꝛ cui possit deberi.ff.de ser.l.quoties.ſ.de ser.§.ideo. hec est opinio gl. ꝛ vr̃ eã seq
3 Dy.h. ¶ †Quid[a] ergo si dices: ꝯstituisti mihi expletũ i nemore
a tuo: vc; ꝙ possim recipere de lignis nemoris tui quãtũ erit mihi necessariũ ꝑ calefaciẽdo hospitiũ meũ. vel rustici cuiusdã' mãsi debẽt mihi brauiũ vl' operatoriũ qualibet ebdomada: nũqd hec ꝛ similes erũt seruitutes ꝑsonales? vel si cõcessisti mihi ꝙ possi; haurire aquã de fonte vel puteo qđ habes i domo tua. gl. noluerũt dicere ꝙ talia debẽt dici seruitutes. ꝛ sic pro talibus nõ agetur cõfes. ꝛ hoc dicũt post Jo.in.l.si quis binas.ſ.allegata.ff.de ser.l. vt pomũ. de ser. rusti. predi.l.pecorum.de ali. ꝛ ciba.leg.l.mella. Pe. de bel. perti. tenet cõtrariũ cũ Roge. cuius opinio scribitur in.l.mela. vc; qđ oẽs tales sunt seruitutes personales: ꝛ pro ipsis põt agi confessoria. ꝛ hoc patet: qꝛ de eis tractat in materia seruitutũ ꝛ sermones ꝛc.ff.de lo.l.si vno anno. Itẽ dicit qđ hoc est exꝑssum quasi in.l.mela. vbi appellant seruitutes. nec obst.l. vt pomũ. qꝛ qđ ibi dꝛ nõ est seruitus verũ est realis: sed personalis. ꝛ hãc sentẽtiam videt fouere gl.ff.de ser.ti.generali.l.j. ibi cũ dicit: ꝛ si que sunt similes. ꝛ hãc amplectit vsus causarũ tota die formant libelli in cõfessoria pro vsibus pascuorũ ꝛ expletis forestarũ ẽt pro tallijs hoĩm: ꝛ breuiter pro omni iure incorporali. ꝛ hoc satis vident sentire doc. iuris canonici extra de reli. do. c. cõstitutus. ꝛ hoc fatis ibi probat de prescr.c.veniẽs. vnde oẽs cõcordãt qđ pro decima põt agi cõfesso. extra de deci.c.tuã.ꝑ doc. ꝛ.c. prohibemus. Et ideo credo qđ possit agi cõfesso. ꝑ iure decime ꝛ alijs iuribus incorporalibus. vnde nõ video quare meli⁹ possit agi cõfesso. pro illis tribus vsusfru. vsu: ꝛ habitatiõe ꝙ̃ pro alijs. Sed iđ ille tres dicte fuerũt ꝑsonales: qꝛ de illis noĩatim tractatur in iure: nõ qꝛ essent vel esse possent alie. ꝛ hoc satis probat in d.l.j. vbi non nominant nisi due: ꝛ tñ oẽs doc. concedũt qđ sunt tres. si ergo post nominationẽ tex. ipsi dãt aliã cur nos nõ possumus dare alias vsibus ꝛ cõsuetudinib⁹ introductas? ꝛ ĩ hoc nõ videt magna difficultas: ſ; hoc nõ vr̃ mihi difficile quomodo cognoscã an sit personalis vel realis.
4 ¶ †Pone: quidã dedit mihi vsum in foresta sua: nunqd est realis vel ꝑsonalis seruitus? expeditum vr̃ qđ sit personalis.ff.de lega.j.l.apud iuli.§.si qs alicui. ff.de ver.ob.l.stipulatio ista.§.si quis ista. ꝛ in hoc põt dici ꝙ vbi aliqua seruitus concedit gratis inter viuos ex liberalitate nõ ex pacto facta mẽtione de persona nõ de re que ex hoc posset ꝓsperari vel vbi seruitus sic legat: qđ censet personalis ꝛ extinguit cũ persona nisi fiat mẽtio de heredib⁹: vt.ll.ſ.allegatis. ꝛ.l. nõ solũ.
5 §.tale.ff.de li.le. ¶ †Quid ergo si fiat mẽtio de re? Verbigrã: cõcedo tibi vsagiũ in tali foresta mea ad calefaciẽdũ ꝛ ad vtẽdũ ad necessitates talis castri tui. tũc dicerẽ eam realẽ qꝛ ex hoc castrũ emendat/claudit/ꝛ sustinet: ſ; vbi nõ tãgeret vtilitatẽ castri iudicarẽ personalẽ. Verbigratia. ꝯcedo tibi vsagiũ calefaciendi te in tali castro. hoc nõ tãgit vtilitatẽ castri. ꝛ dicerẽ hãc in dubio personalẽ. ꝛ hoc vult dicere.l.lucius.ff.de serui.rusti.predi. dono tibi digitũ aque in domũ tuã que in oscbino ꝛc. ille vsus nõ tãgebat domũ: qꝛ nõ indiget irrigatione: ideo contẽplatione persone videtur cõcessum. ꝛ ad hoc facit.ff.de don.l.aquilius. secus si cõcederet digitũ ad fundum vel ad pratum qui indiget irrigatione: vt.l.attilicinus. al's.l.fundo.§.fi. ꝛ.l.pecorum.eo.tit. nec facio vim an dicat ad talem locum ꝛ vbicunqꝫ: ꝙ̃uis gl. sensum det in his: vt.l.lucius. quia ex quo certus locus nominatur: nõ minus debet valere quantum ad illum locũ ex eo ꝙ postea clausula ꝯgeneralis subijcitur. Solum ergo est inspiciendum vbi nominatur res an seruitus proprius respiciat seruitium ꝛ cõtemplationem persone ꝙ̃ rei: aut rei potius ꝙ̃ persone. Primo casu cẽsetur personalis. Scđo realis. ꝛ hoc vbi legatur ꝛ cõceditur simpliciter.
6 ¶ †Quid si per pactũ vel stipulationẽ cõstituatur? Tũc dicerẽ in dubio realem per.l.si pactũ.ff.de proba. nisi pactum vel stipulatio apponeretur super seruitute que de sui natura esset ꝑsonalis: vt.d.§.si quis ita. vel nisi esset talis qđ nõ esset verisimile alij concedi ꝙ̃ cui cõceditur: vt si quis cõcedat filio albergari in domo sua quando veniet ad villam suam vel aliu; qđ nõ esset verisimile concedere extraneo: nam tunc est personalis etiam si cõstitueretur a re rei: vt.ff.de serui.le.l.pater. ꝛ hoc itelligo in ꝯcessiõe priuati. Quid in priuilegijs principũ? Credo satis idẽ inspiciendum: vc; an materia priuilegij cõcernãt locũ vel dignitatem vel personam. vnde vbi cõcernit locũ vel eius libertatẽ vel prosperationem debet iudicari realis. extra de insti.c. cũ venissent. al's personalis. C. de excu. mune.l.sordidorũ.li.x. ꝛ idẽ dicerem in sñia. si pronũtiatũ esset me habere vsagiũ in foresta. Vel põt dici ꝙ illa sit realis in dubio.ff.de arbi.l.ꝙ̃uis. qꝛ imponit finem oĩbus cõtrouersijs: vt ibi. si tñ fieret de loco mẽtio per modũ.ſ.dictũ esset minus dubitabile. ¶ Sed posset queri nũquid pro annuis ꝓstationibus posset agi confessoria: ꝛ qua actione agitur vide.j.§.ꝓiudiciales. ꝛ ibi de hoc.
7 ¶ †His itaqꝫ ꝓmissis veniamus ad tex. Et est sciẽdũ qđ in hoc.§. imperator facit sex. Priõ dat exẽplũ de cõfessoria que cõpetit pro seruitute personali. Scđo dat duo exẽpla de cõfessoria que cõpetit pro seruitute prediali seu seruitute rustica. Tertio dat quatuor exẽpla de cõfessoria q̃ cõpetit pro seruitute vrbana. Quarto dat plura exẽpla de negatoria. Quinto ponit differẽtiã inter actiões reales que cõpetũt pro corporalibus: ꝛ que cõpetunt pro incorporalibus. Sexto infert quandã exceptionem a dicta differentia dependẽte. litera satis est plana. ¶ Casum potes sic incipere. dñe imperator vox dixistis mihi qđ actio. reales cõpetũt ad rẽ corporalẽ.ſ.pri.§.quid de incorporalibus: nũquid ac. pro reis cõpetũt? Dicit imperator ꝙ sic reales eque sicut pro corporalib⁹. Verbigrã. pone ꝙ aliqs h; vsumfru. in edib⁹ vel in fundo: impedit quominus vti possit. põt agere cõfesso. cõtra impediẽtem. ꝛ hoc exemplũ est de seruitute ꝑsonali. Itẽ sequit exemplũ de seruitute reali ꝛ prediali. pone qđ habeo seruitutẽ eũdi per fundũ tuũ ad fundũ meũ sine iumẽto vel agẽdi cũ iumẽto ꝛ vehiculo. possum etiã agere cõfessoria. ꝛ ita prosequere totũ.§. aliqua tñ de exẽplis recipiũt cõtrarietatẽ. vt videbis iuxta gl.
8 ¶ †In glo.[b] vt sic eras. in fi. istud exẽplũ nõ placet
b Dy. dicit eñ ꝙ trufatoriũ est dicere qđ iter exẽpla cõfesso. Iustinianus poneret exẽplũ nõ cõpetẽs ꝛ cõpetens negatorie: de qua proxi. tractaturus est: ſ; huic exemplo litera repugnat: dicit eni; altius edes suas ꝛc. sed dicit Dy. edes suas.ſ. vicini suas agẽtis: ſ; certe lr̃a vr̃ sentire de edibus agẽ. Vñ dicit Pet. de bel. perti. põt poni exẽplũ faciliter in quo actor agi cõfesso. ius sibi esse altius edes suas tollẽdi. Verbigrã. tu habes domũ tuã depressam Titius vicin⁹ altã: cõcessisti seruitutẽ Titio domũ tuã alti⁹ nõ tollẽdi: vis eã nihilomin⁹ eleuare: põt agere Titi⁹ cõfesso. ꝯtra vicinũ ius sibi esse edes suas altius tollẽdi. i. eleuatas habere ſm eũ. vel potes ponere sic statutũ vel cõsuetudo ville: dicit ꝙ null⁹ põt facere turrim vel domũ suam eleuare vltra certam mẽsura; inuito vicino. vicinus cõcessit Titius qđ possit eleuare: si vicin⁹ prohibeat: põt agere Titius ꝯfessoria cõtra vicinũ vt liceat sibi altius edes suas tollere. ¶ Super tex. prohibẽdi inter hec est differentia. vide.ff.de verb.signi.l.malũ.§.j.
9 ¶ †In gl. tollendi. ibi:
c exemplũ cõfessorie[c]. hoc est ridiculum. gl. videtur supponere qđ Iustinianus nesciebat ponere exẽpla propria: ſ; ea ĩtermiscebat quasi ignorãs: qđ est confundere tex. vnde dic ꝙ est exemplũ negatorie. ¶ In ea. glo. ibi: nõ ad hoc exẽplum sed ad alia sic. qꝛ in hac seruitute negatoria verbis affirmatiuis ꝓponit: vt.j.sequit. ¶ In ea. gl. ibi: negatoria aũt qꝛ negat dicit Dy. ꝙ idẽ voluit di
d cere[d] Pla. nõ eñ cõsiderauit verba: sed effectũ: qꝛ cõfessoria vadit vt quis cõfiteatur seruitutẽ: negatoria vt neget Pet. dicit ꝙ Pla. considerauit verba frequentiora. frequentius enim cõtingit qđ cõfessoria concipitur ꝛ ꝓponit tã verbis affirmatiuis ꝙ̃ negatiuis. ꝛ caue qđ de alia cõfesso. loquit.ff.ad.l.aq.ꝑinde si oc
10 cisus.§.j. ¶ †In ea. gl. ibi: vt fructuario creditori. Hec gl. euidẽ
e ter male dicit[e] qꝛ nec vsufructuari⁹ nec creditor sunt quasi domini rerũ: l; bene agũt cõfesso. nõ quasi dñi: sed propter ius qđ habent in re.ff.de serui.l.ei qui. nõ tamen per oĩa est similitudo inter eos: nec forte creditor agit hac actione: sed hypothecaria: vt ibi no. ꝛ patet.ff.si vsusfru.pe.l.vtifrui.§.vtrũ. Pone ergo exemplum de vtili in vectigali.ff.de ope.no.nunc.l.in prouinciali.§.si ego. ꝛ in emphy. vas. ꝛ alijs quasi dominis et vtilibus dominis. ¶ In ea. gl. ibi cũ dicit: in rẽ. nõ decipiaris: qꝛ cõfessoria ꝛ negatoria dãtur possidẽtibus ꝛ non possidentibus cõtra possidentes ꝛ nõ possidentes.ff.si vsusfr.pe.l.vtifrui.§.fi. si ser. vendi.l. et si forte.§.sciẽdum. Et no. hic vnam magnã glo. modici effectus. ¶ In fi. eiusdẽ glo. vide pleni⁹ eo. ti.l.ij.§.cõpetit. ¶ In glos. vt in duplicibus. ibi cum allegat fa erc.l.j. ista exempla sequit Dy. ꝛ tamẽ nõ placent Jac. ꝛ Pet. nã exẽplum debet esse de regula. Regula dicit ꝙ in corporalibus nõ est prodita actio possidẽti ꝑ quẽ negetur rem actoris esse sanã in vno casu ꝛc. Si ista exẽpla essent bona non esset vnus casus: sed tres vel quatuor. ¶ Preter ea qui agit his actionibus diuisorijs: nõ negat rem esse actoris:
11 nec agit rei vẽdicationẽ: qđ litera supponit. ¶ †In fi. glos. istud exemplũ minus placet eis: qꝛ iam nõ esset vnus casus sed plus ꝙ̃ mille. Unde dicit Pet. ecce vnum casum: Possideo re; meã: tu petis a me eã tanꝙ̃ tuam: ego nego eã tuam esse ꝛ volo probare eã meã esse. certe possum hoc facere ꝛ vices petitoris quo ad hoc sustineo.ff.de proba.l.circa. ¶ In veritate credo ꝙ is sit intellectus. dicit enim is actoris partes obtinet. nõ dicit ꝙ sit actor nec actio cõpetat: nec est vera exceptio sed quedã illatio. ¶ Jaco. de

a ¶ Quid. hãc qõnẽ recitat do. Jas. may. hic i.ij. col. in vsi. dubitabat hic Joã. fab.

b ¶ In glo. Vide hic Ang. i. iij. col. post me. ver. i ea. gl. i. fi. vide do. Jaso. hic in. viij. col. in prin.

c ¶ Cõfessorie. Vide hic Ange. in. iij. col. ante fi. i ver. in gl. magna ꝛ do. Jas. in. viij. col. añ fi. versi. gl. magna diuidit.

d ¶ Dicere. idẽ t; hic Ang. vide hic do. Jas. in. ix. col. añ med. i v̇. i ea. gl. ibi negatoria. Itẽ Ang. ponit hic formã libelli: in vtraqꝫ actione in. iij. col. a ꝑn. vsqꝫ ad fi. col. vide Pe. Ja. in ti. de ꝯfessoria in rẽ actione. ꝛ i ti. de negatoria i rẽ actiõe. ꝛ do. Pe. ferra. in forma libelli i actiõe ꝯfessoria. et in forma libelli. ĩ actio. negatoria. Idem ꝑ do. Jas. in. xij. columrn. ꝛ. xiij.

e ¶ Tale dicit. Itẽ tenẽt h Ange. ꝛ do. Jas. Itẽ idem Jas. h sup gl. in versi. neget. tractat egregie duas questiões. Pria ẽ vtrũ possidens possit agere rei vẽ. in. xj. co. post me. vl. ad fi. gl. Scđa q̃stio est vtrũ possidens si agat rei vẽdi. dicat possessiõi sue renũciasse in. xij. col. post prin. ver. Circa secundum principale.

ra.dat casum in quo oportet q̄ possidens ⁊ tenens agat vel per-
dat ꝯtra iustitiã. Verbigratia rem meã peregrinatus dimisi va-
cuã sic q̄ animo ⁊ corpore dimisi possidere. quidã occupauit eã
⁊ vẽdidit bo.fi.possessori q̄ vsuca.vel p̄scribere ĩcepit ⁊ quasi pfe
cit.tãdẽ idẽ bo.fi.pos.peregrinatus etiã retinuit ciuilẽ aĩo que
sufficit ad vsucapionẽ dimisit naturalẽ.ego dñs reperi naturalẽ
vacuã:eam occupaui ⁊ detineo bo.fi.pos.nõ fuit repulsus nec su
spicatus se posse repelli.⁊ ita ciuiliter semper possidet ⁊ vsucapit
oportet q̄ ego qui rẽ teneo ⁊ sum dñs agã vel pdã. Et idẽ dicit
Ja.q̄ agere possum ꝯtra ip̄m rei vẽdi.q̄ ciuiliter possidẽs tene
12 tur rei vẽdicatione:vt.l.cuiuscũq̄ .ff.de vsufru. ¶ † Certe nõ cre-
do q̄ hic loquat̃ de isto casu:quia volue ⁊ reuolue non reperies
hũc casum scriptũ in lib.ff.ad quẽ tex.se refert.sed casus pe.bene
reperitur. ¶ Sed oppo.rei deposite possessionẽ retinemus.ff.de
po.l.licet.§.rei.⁊ eodẽ modo rei cõmodate:⁊ tamẽ ꝯstat q̄ depo
nens ⁊ cõmodãs agũt rei vẽdi.cõtra depositariũ vel cõmodata
riũ.ff.de rei vẽdi.l.officiũ. ¶ Quidã dixerũt q̄ rei ven.nõ datur
possidenti.nec obstat arg.predictũ:q̄ deponens vel commodãs
hoc ipso q̄ agit rei ven.desinit possidere ⁊ renũciat possessioni
scd̃m eos.hoc nõ est verũ:vt.ff.de acqui.pos.l.naturaliter.§.j.ff.
de vi ⁊ vi ar.l.cũ fundũ.§.fi.vnde dic q̄ possidenti ⁊ detinẽti nõ
dat̃ rei vẽ.s3 possidẽti ⁊ nõ detinẽti sic. Ergo errauerũt gl. ⁊ doc.
antiqui qui dixerũt q̄ rei vẽdi. ⁊ interdictũ retinẽde possessiõis
nõ possunt simul intẽtari:q̄ intẽtando rei ven.dicit aduersariũ
possidere.intentãdo vti possidetis dicit se possidere.⁊ sic est tãq̄
cõtrarius repellẽdus.⁊ non est verũ:q̄ vtrũq̄ datur cõtra detẽ
tatorem ⁊ nõ possidentem:vt.s̃.dictum est. De hoc vide.s̃.de rei
vendi.l.ordinarĳ.extra de reg.iur.c.qui ad agendum.lib.vj. per
Dy. Item oppo.cõtra hũc.§.ſm Dy.hic dicit̃ qd̃ sicut datur vẽ
di pro rebus corporalibus:ita cõfes.pro incorporalibus. Contra
ea que possident̃ vendicantur:incorporalia nõ possidentur.ff.de
acqui.pos.l.iĳ.in prin.de vsuca.l.sequit̃.§.si viam.ergo non vẽdi
cantur:ergo nec confessoria pro eis datur que habet instar vẽdi
cationis. ¶ Sed dicas qd̃ incorporalia non possidẽtur:s3 quasi
possidentur:⁊ tantum valet in illis quasi possessio quãtũ incor
poralibus vera possessio.ff.de ser.l.quoties. ¶ Itez pone qd̃ si le
gat̃ vel pmittit̃ mihi seruitus possum agere ex testamẽto vel ex
stipulatu:⁊ sic vr̃ confes.inutilis cũ satis sit prouisum per alias
actiones. Quidam dicũt q̄ cõfessoria cõpetit seruitute ꝯstituta
⁊ tunc nõ cõpetunt ille actiones personales:q̄ sunt extincte:per
constitutionẽ seruitutis sicut per solutionẽ:sed hoc nõ est verũ
C.de vsufru.l.corruptionẽ. Unde dicẽdũ qd̃ vtiliꝰ est habere cõ
fessoriã pro seruitute cõstituta q̄ personalẽ tm̃:q̄ facilius est de
fendere qd̃ iam habes q̄ cõsequi de nouo:ſm Dy.imo ꝯfessoria
est necessaria:q̄ p̄sonalis nõ dat̃ nisi ꝯ constituẽtẽ:hec dat̃ ꝯtra
quẽcũq̄ turbãtẽ:vt satis.s̃.dictũ est.⁊.ff.si ser.vẽd.l.⁊ si forte.§.
sciendũ. Ista sufficiant pro lectura huius.§.verũtamẽ q̄ in hoc
titulo doctores cõgerunt quicquid possunt insistendũ est circa
materiam harum actionũ:vt earum plenior cognitio habeat̃.
¶ Et scias qd̃ pe.de bel.perti.q̃rit hic octo. Primo qd' est ꝯfes
soria. Secundo vnde procedat. Tertio cui datur. Quarto cõtra
quẽ. Quinto quare sic dicit̃. Sexto ad qd cõpetit. Septimo q̃
veniant in ea. Octauo qualiter formet̃ libellus:⁊ per omnia idẽ
querit de negatoria.⁊ q̄ aliqua de his modicũ importãt effectũ
13 idcirco parum insistam in aliquibꝰ. ¶ † Queramus ergo quid
sit cõfessoria. Dicit Petrus qd̃ cõfessoria est actio in rẽ cõpetẽs
alicui rõne seruitutis sibi debite vel fundo suo vel quasi suo con
tra impediẽtẽ ad declarationẽ sui iuris. Quod sit in rem appa-
ret hic.quare dicitur ratione seruitutis sibi debite vel fundo ⁊c.
apparet:quia personales debentur persone:reales seu prediales
fundo.ff.si ser.vẽ.l.⁊ si forte.§.ẽt.in fi.de neg.ge.l.qui aliena.§. fi.
Uel quasi suo dicit propter creditores vel superficiarios quibus
competit vtilis:vt.s̃.no.est in gl.exemplũm contra impediẽtem
quẽcunq̄ siue sit dominus fundi seruientis:siue non.ff.si ser.vẽ.
14 l.si quis diuturno.§.fi. ¶ † Secũdo querit̃ vnde procedat.respõ
deo sicut in vẽdicatione reqrunt̃ videlicet dñiũ ex parte agẽtis
⁊ possessio seu facultas restituẽdi ex parte rei:si in confessoria re
quiritur ex parte actoris q̄ seruitus sit acquisita:⁊ cõpetat ipsi
agenti:ex parte rei:qd̃ prestet impedimentum. ¶ Tertio querit̃
cui competat. Dicit idẽ Petrus qd̃ illi qui habet seruitutẽ de-
bitam sibi vel fundo suo vel quasi suo:quare hec verba dicãtur:
satis est.s̃.expositum q̄uis idẽ Petrus hic repetat. ¶ Et caue
tibi:q̄ in hoc qd̃ dicit sibi debite supra in multis locis:nã debet
subaudiri ⁊ per patientiam constitute:quia ad hoc qd̃ actio cõ
fessoria cõpetat:nedũ requirit̃ qd̃ seruitꝰ sit debita ex pacto vel
cõuentione:imo oportet qd̃ sit quasi tradita per patientiã.ff. de
serui.l.quoties.ff.de serui.rustic.predio.l.j.in fi.⁊ per vsum illius
qui acqrit. Et vt melius hec materia innotescat tractemus qũo
acquiratur seruitus:q̄ in his cõsistit medulla ⁊ perfectio mate
rie.⁊ certum est qd̃ acquiritur per omnem contractum ⁊ conuẽ
tionem sicut cetere res patiẽtia ⁊ vsu postea subsecutis vt statim

a ¶ Prescriptionez. De hoc vide Ang.hic in vĳ.col.prope finẽ v̄sic. Quero q̄to tpe.vide p doc.in l.iĳ.C.de serui.et aqua. Item post oẽs vide do Feli.in.c.de q̃rta.col.xv.post me.extra de prescri.

b ¶ Possidere. Vide hic Ange.in.vĳ.colũ.prope fi.versi.quero qñ dicatur.

15 tactum est. ¶ † Quid ergo si Titius debebat tibi seruitutem vel
aliqd̃ deneriũ:tu vẽdidisti illud deneriũ Sẽpronio Titius obli
gauit se Sẽpronio:⁊ tu quittasti Titiũ:nũquid ex hoc est trãsla
ta proprietas ⁊ possessio seruitutis in Sẽproniũ: Dicas q̄ nõ:q̄
sic vt in adẽptione proprietatis rerũ corporaliũ opus est tradi-
tione sic in seruitutibus querẽdis opus est vsu.vnde obligatio
nõ est modus traditiõis:ideo opus est vsu reali.⁊ idez dicerẽ in
adẽptione iurisdictionis ⁊ alioꝝ iuriũ vnde si subiecti recogno
scãt se subiectos:⁊ pmittãt obedire:nõ ex hoc est possessio: imo
nec pprietas iurisdictionis acq̄sita quousq̄ vti ceperit. Et hãc
partẽ vr̃ tenere Inn.extra de capel.mona.c.cũ dilectus.⁊ hoc est
16 satis clarũ ⁊ facile qñ sic acqrit̃ seruitus. ¶ † Quid si legat̃: tũc
nõ obtinerẽt predicta imo statĩ adita hereditate proprietas ser
uitutis acqrit̃ legatario.ff.quemadmo.serui.amit.l.si partẽ. in
17 prin.⁊.§.j. ¶ † Itẽ acquirit̃ seruitus per prescriptionẽ[a].x.ann.in
a ter presentes vel.xx.inter absentes si habeat causam cõtinuam si
nõ h3 causam cõtinuã:non acquirit̃ nisi prescriptione tanti tẽ-
poris de cuius initio hoĩm memoria nõ existit.vide.ff.de serui.l.
seruitutes.⁊ hoc sequunt̃ oẽs doctores iuris ciuilis qd̃ procedit
sine dubio quantũ ad primũ membrũ vbi prescribens h3 bonaz
fidẽ. ¶ Quid si sit malefidei pos. Hic d3 dici qd̃ requirunt̃.xxx.
anni:q̄ malefidei possessor minori tpe non prescribit:vt in.l.si-
cut.de prescri.xxx.ann. ¶ Quid ergo dices in seruitũs ⁊ p̄statio
nibus:nũquid requirit̃ tm̃ tpis qd̃ nõ sit memoria: Ur̃ q̄ sic cũ
causam discõtinuã habeãt. ¶ Sed in illis põt dici ꝯ qd̃ sufficit
longi tẽpo.prescri.C.de agri.⁊ cen.l.litibus.⁊.l.cũ satis.⁊ est ma-
gna ratio:q̄ nõ d3 idem ius nec eadem ratio cẽseri in eo qui pa
titur ⁊ nihil agit:⁊ in eo qui p̄stat ⁊ soluit quolibet anno:q̄ ille
magis sibi preiudicat qui ppria manu soluit q̄ ille q patit̃ solũ
modo forte ex impotentia.⁊ hec pcedũt in seruitute formãda ⁊
17 acq.de nouo. ¶ † Quid in formata: Verbigr̃a.tu habebas dena
riũ super fundo:castro:vel mãso:cecidisti a possessiõe:aliquis oc
cupauit q mihi vẽdidit:ego leuaui vel pcepi denariũ illũ per.x.
vel.xx.annos cũ titulo ⁊ bonafide:nũquid sum tutus ꝯ te: Ur̃
qd̃ nõ:nisi sit tm̃ tpis qd̃ excedebat memoriã hoĩm ⁊c.p dictã.l.
seruitutes.cũ ibi notatis:põt dici q̄ si seruitus huiusmodi for-
mata adhereret alicui rei corporali:tũc q̃stio nõ esset dubia.ff.de
vsuca.l.si aliena.§.hoc iure.s3 vbi nõ adhereret:vr̃ magis dubia
tñ pro parte ista facit qd̃ poterit prescribi debito tpe ex quo for-
mata est semel q̄uis al's eẽt p̄scriptiõe legitima inacq̄sibilis:⁊ p
hoc q̄ seruitus hoĩs liberi nõ põt acqri.p̄scri.C.de lõg.tẽp.p̄scri.
que pro li.l.fi.⁊ tñ cõstat qd̃ seruitus sit:põt vsucapi ⁊ ius serui
tutis in eo.C.de vsuca.pro.emp.l.venditioni.⁊ de hoc nõ miran
dum a aliud tp̄s constitutũ sit in seruitute formata acquirenda
q̄ in formãda:q̄ hoc videmꝰ similr̃ in amittẽda seruitute. etẽm
nõ formãda nõ amittit̃.x.vel.xx.annis:sed formata sic.C.de vsu
fru.l.corruptionẽ.quemad.ser.amit.l.si sic.de vsuca.l.sequit̃.§.si.
igit̃ si in admittenda sit disconuenientia:cur non in acquirẽda.
¶ Canoniste vero vident̃ habere aliam doctrinam in p̄scriptio
ne harum seruitutum:nã ſm eos oĩs seruitus vniformiter.xl.an
nis p̄scribit̃.extra de causa pos.⁊ proprie.cũ ecclesia.nisi esset con
tra ius cõe.extra de prescri.c.j.li.vj. Sed Jan.alio modo dicit ex
19 tra de prescri.c.de quarta. ¶ † Sed quero a quo tpe incipit pre-
scriptio seruitutis acquirende. Dic q̄ a tpe quo incipit vti iure
seruitutis aduersario sciente.C.de serui.l.ĳ.ff.de itine.actuq̄ pri
b ua.l.fi.⁊ incipit possidere[b] per primũ ⁊ vnicum actum:vt no.per
doc.extra de causa pos.⁊ proprie.c.cũ ecclesia.veruz est tamen qd̃
quo ad interdictum de itine.actuq̄ priua.requiritur qd̃ iuerit
xxx.diebus.ff.de itine. actuq̄ priua.l.j.§.j. oportet ergo qd̃ actor
20 probet qd̃ vsus sit iure seruitutis ⁊ aduersario sciente. ¶ † Sed
quis erit modus probãdi. Dicas in negatiuis si prohibuit. Uer
bigratia vicinus volebat eleuare domũ suam:tu prohibuisti eũ
dicens q̄ hoc nõ poterat propter seruitutez quã tibi debebat. si
obtemperauit ex tũc incipis possidere:q̄ al's si per mille annos
tenuisset domũ suã deprehensam:non prescriberes.ff.de serui.vr
ba.predi.l.luminibus.vbi de hoc:nisi aliquid aliud fieret per qd̃
posset deprehendi vsus seruitutis:q̄ forte stillicidiũ domus tue
per tp̄s sufficiens reciperet:tũc enim leuare nõ posset q̄ seruitus
affirmatiua esset acquisita videlicet stillicidĳ recipiẽdi.ff.de ser-
ui.vrb.predio.l.foramẽ.in fi.de aqua pluuia arc.l.ĳ.§.ĳ.C.de ser-
ui.l.si manifeste. Et ideo credo qd̃ si in vna villa fuisset furnus
ad quem populus loci per centum annos venisset pro pane de-
coquendo qd̃ ille cuius est furnus non potest prohibere quomi-
nus populus vadat alibi.vel quilibet posset sibi edificare furnũ:
nisi al's prohibuisset:q̄ contra illa que sunt licita de se ⁊ deben-
tur de iure communi nõ ex conuentione:non currit prescriptio
nisi a tpe quo quis prohibitus est iure contrario:vt per p̄dicta.
¶ S3 in affirmatiuis dicũt gl.q̄ oportet probari per testes qui
viderũt cõstitui seruitutẽ:vt not.ff.de itine.actuq̄ priua.l.j.§.ĳ.
¶ Sed hoc nõ videtur procedere:q̄ sic oporteret probari tit.cõ
tra.l.si quis diuturno.ff.si serui.ven.dic ergo qd̃ modus proban-
di est si

di est si probet se dixisse corã multis se vti iure seruitutis sic q ad notitiã aduersarij potuerit deuenisse vl' corã eo:tūc sine dubio sa
21 tis cōstatiq; eo sciēte. ¶ †Quid si nō possit hoc pbare:sȝ probat frequentē vsum aduersario existēte in presentia ꝛ scire volente? ¶ Dicas super hoc:ꝛ in hoc bene aduerte q sciētia aduersarij bene probaꝛ quandoq; per actuū frequētiam:quādoq; per vnicū actum qñq; nō probaꝛ etiā per frequentiā actuū ſm diuersitates factoꝝ.nā quedā sunt facta q̃ quis nō pōt exercere:nec ad ea qs cōsueuit recipi:nisi habeat ius:vt q extraneus q nō est de collegio intersit electiōi alicuius prelati ꝛ vocē ꝛ ɔsensum;det in electione.ꝛ in talibus pbato;vnico actu facto sciēte aduersario plurimū q iure seruitutis hoc fiat ꝛ iure debiti:ꝛ ex tūc icipit pos sidere.ff.de mor.infer.l.si prius.Quedā sunt q possunt ꝛ cōsueuerūt exerceri absq; eo q aliquis ius habeat:ꝛ in istis cadit distinctio.nā quedā sunt que de sui natura videnꝛ ꝛ presumunꝛ causa curialitatis ꝛ familiaritatis.quedā nō:sed se habēt indifferēter. Verbigrã.tu eras amicus me⁹:venisti frequēter ad domū meã ad iacendū vel comedēdū:ego te recipiebā late facie.ꝛ ita fecisti per plures vices ꝛ annos:nūc vis trahere ad ius seruitutis: credo q nō posses:nisi pbes q iure seruitutis venires ꝛ recipiebaris:qꝛ factū de se ipoꝛtat ɔsumptionē familiaritatis. etē talesreceptiōes ɔsueuerūt iure familiaritatis fieri.ff.de acq.pos.l.qui iure.de itine.actuq; priua.l.si.ꝛ no.Inno.extra de causa pos.c.cū ecclesia.ꝛ ideo nō obstante vsu oporteret te pbare q iure seruitutis ꝛ aduersario sciente vsus fueris.Sed in factis que se habent indifferēter.Verbigrã.trāsiuisti per fundū meū:hoc cōsueuit fieri qñq; absq; iure seruitutis:vel causa abbreuiandi itineris vel euitandoꝛum lutoꝛū que sunt in via publica:vel al's prout placet:ꝛ tūc non presumerē q iure seruitutis.In hoc aduertēda est multū qualitas facti.nā si fundus me⁹ esset iuxta viā publicā ꝛ itinerator frequēter per fundū meū propter euitāda luta trāsiret ad suū:nunq; presumerē q iure seruitutis.sed si aliqs hȝ fundū prope meū ꝛ transeat frequēter per fundū meū ad suū:tūc pbata frequētia ɔsumerē q iure seruitutis:nā ex vsu presumitur animus possidēdi:vt.d.l.j.§.ij.ff.de vsu.l.cū de in rē vso.ꝛ ita tēpera dicta gl.que est in.d.l.j.§.ij.vȝ q oporteat probari q iure seruitutis ꝛc.qꝛ nō est verū hoc casu:sed bene pōt esse verū in casibus superioꝛib⁹ qñ ex qualitate facti nō presumiꝛ q iure seruitutis.vñ in his index ex qualitate facti dȝ cōiecturare qd equuȝ est.ꝛ ad hoc vide qd no.Inno.extra de postu.c.bone. ¶ Et caue q hoc casu pbatio vsus valet ad duo:vȝ ad probandum q ex tūc incepit possidere:ꝛ q iure seruitutis:ꝛ itellige q ex tūc valet a tpe quo vsus fuit frequēter:nō a tpe quo incepit vti primo.Et est probabile dicere q si.xxx.diebus iuerit.q ex tunc incipiat possidere:iuxta materiā illā de itine.actuq; priuato.ꝛ prescribere:qꝛ ex tunc presumiꝛ q aduersarius sciat eum possidere iure seruitutis ex illo frequenti vsu.ꝛ hec procedunt in seruitute formanda.
22 ¶ †Quid i formata:Verbigratia.tu possidebas vsumfr.in fundo Titij:vel iurisdictionē:vel dñium in aliqua villa:aliqs occupauit.credo q nō sunt premissa attendēda:imo credo q illa possessio perdatur sicut possessio rei corporalis vȝ per expulsionem per nō admissionē:p obliuionē:cū sit eadē ratio iuxta.l.clā possidere.§.qui ad nundinas.ff.de acqui.pos.de vsucap.l. furtum.§.j.
23 ¶ †Sed queriꝛ nūquid requiraꝛ q bona fides probeꝛ:ꝛ q nō vi aut clā ꝛc.gl.q sic:in.d.§.ij.de iti.actuq; priua.Dy.tenet ibi contra.ꝛ dicit q probato vsu hec oīa presumūtur.Opinio tamē gl. videꝛ fulciri per.l.si qs diuturno.vbi videꝛ expressum.Iteȝ qꝛ incipiēdo vti sine titulo presumiꝛ malefidei possessor.ff.de vsuca.l. furtū.§.j.p Dy.facit:qꝛ tantū facit vsus in prescriptione rerū incorpoꝛaliū:quātū facit titul⁹ ꝛ possessio in ɔscriptiōe rerū corpoꝛaliū:sȝ pbato titulo ꝛ possessione ɔsumiꝛ bona fides in prescriptiōe rerū corpoꝛaliū:vt.l.nemo pdo est.ff.de re.in.C.de prescrip. xxx.ann.l.si qs.ergo pbato vsu presumiꝛ bona fides. ¶ Sed ad istud posset rñderi q tantū facit vsus in ɔscriptiōe rerū incorpoꝛaliū ꝛc:verū vt ɔscriptio pcedat alijs assistētib⁹ q̃ sunt necessaria in bo.fi.possessoꝛe:sed nō facit tātū quo ad bonā fidē ɔsumēdā.
a ¶ Quis ergo erit modus pbādi bonā fidē[a]:Rñdeo:si probet titulū:lȝ forte min⁹ sufficiētē.extra de ɔscrip.c.j.li.vj.vel si scēperit pdecessoꝛē in possessiōe:vel si audiuit a fidedignis q seruitus debebatur:ꝛ multis alijs modis ſm factoꝛum qualitates.
24 ¶ †Sed quomodo pbabit q nō vi nō clam nō precario:Pōt dici q pbatis pmissis vel aliquo eoꝛū pbat se non vi nec pcario possedisse:vt.ff.qd vi aut clam.l.viȝ facit.§.j.al's em̄ si haberet pbare p nō pcario vsus fuerit:testes haberēt deponere de negatiua:qd nullo iure est tolerabile.q aut nō clāvsus fuerit pbat:si pbet se vsum palā publice aduersario sciēte vel scire volēte: vt.l.ij. C.de serui. ¶ Et not.q quis in prescriptione rerū corpoꝛalium sufficiat habere bonā fidem ab initio:in ɔscriptiōe seruitutis requiritur semper.vnde si vsus fuerit vno vel plurib⁹ annis bo. fi. ꝛ ante cōpletam prescriptionē superuenerit mala fides:qꝛ prohibitus fuit per dñm rei seruientis:nō prescribit:vt.d.l.ij. de serui. C.ꝛ pōt assignari ratio que ibi redditꝛ in gl.in simili videlicet in eo q in seruitutibus requiritur sciētia aduersarij.in incorpoꝛalibus nō:qꝛ possessio seruitutis.nō est vera possessio nec prescriptibilis de iure cōi.ff.de vsucap.l.si aliena.§.hoc iure.sed incorpoꝛalib⁹ est vera possessio. ¶ Sed huic opinioni videꝛ resistere qd.s. dixi:videlicet qd in negatiuis seruitutibus nō acqriꝛ possessio quousq; volēs vti seruitute prohibitus fuerit:vt no.in.l.qui luminibus.ff.de seruitu.vrba.ꝛ sic vꝛ q prohibitio non tollat prescriptionē seruitutis:imo causat eā. ¶ Solutio.ɔcedēdo q prohibitio facit possessoꝛē prohibentem vna cū patiētia subsecuta: sȝ non dat ei cām prescribēdi:nisi ex iusto titulo fieret imo causat violētiā ꝛ malā fi.vt.l.vim facit.§.j.ff.qd vi aut clā. ¶ Illud autē no.q vbi potēs vsus est super nō potēte:ꝛ maxime qñ gagiabat vel arrestabat vel gagiari sine cause cognitione faciebat: presumiꝛ violētia.ff.qd met.cau.l.si.§.pe.ꝛ no.Inno.in.c. bone. de postulādo.An aūt requiraꝛ titulus in hmōi ɔscriptione:dic vt in.l.si quis diuturno.vbi diciꝛ qd non requiriꝛ:sed tñ fallit in vsufru.qui censeꝛ pars dñij.ff.de vsufr.l.iiij.in quo vꝛ requiri titulus sicut in dñio.ff.de vsuca.l.celsus.ꝛ.l.nulla.nec ob.C.de prescri.longi temp.l.si.vbi diciꝛ parificari alijs seruitutib⁹ quo ad prescriptionem:qꝛ verum est quo ad tēpoꝛis limitationē nō quo ad alia competit ergo confessoꝛia illi cui est acquisita seruitus per legitimā prescriptionem.x.vel.xx.annoꝛū in habētibus cām
25 cōtinuam. ¶ †Quid si acquiraꝛ.xxx.annis.qꝛ forte tñ possedit mala fide:Non vꝛ qd posset agere cōfessoꝛia:sicut nō pōt vendicare rem corpoꝛalē.C.de prescri.xxx.vel.xl.anno.l.si qs emptiōis. sed recurrat ad possessoꝛia. ¶ Sed queriꝛ cū cōfessoꝛia cōpetat dño:vt.l.ij.ff.si serui.vēdi.nūquid ille qui agit cōfessoꝛia debeat se probare dñm si possidet fundū cui seruitus debeꝛ:Azo vꝛ dicere qñ nō:si sit in possessione seruitutis:al's sic:vt no.ff.si serui. vendi.l.sicuti.§.sȝ si queraꝛ. ¶ Sed cōtra hoc videlicet q possidēti fundū ꝛ nō possidenti seruitutē incūbat onus probādi dominium vꝛ manifeste:qꝛ cōmodū possessionis releuat possessoꝛē a probatiōe dñij.C.de rei vē.l.fi.de peti.here.l.cogi.arg.ff. de lib. causa.liberis.C.eo.l.ea que.ff.de inge.l.si.ꝛ hoc videtur verius. ¶ Sed obstat:qꝛ in negatoꝛia opoꝛtet qd agens probet se dñm q̄uis possideat.ff.si vsufr.peta.l.vtifrui.ver.qd forte.ꝛ ideo videretur idē in confessoꝛia. ¶ Sed pōt rñderi qd illud obtinet qñ agit contra vsufru.qui hȝ possessionem rei quā non haberet: sed seruitutē tm̄.ꝛ hoc vꝛ verius.Et hec procedunt vbi agiꝛ cōfessoꝛia pro iure seruitutis:sed si agiꝛ publiciana pro iure seruitutis: qd est possibile.ff.de pub.l.si ego.§.j.nō opoꝛtet dñium probare.
26 ¶ †Sed quid si agaꝛ possessoꝛio pro iure seruitutis:ꝛ reus probat se dñm:nō videtur qd debeat fieri executio ex quo cōstat de proprietate iuris:nā hec probatio sufficeret in negatoꝛia: ꝛ sic in possessoꝛio nō debet fieri executio.extra de oꝛ.cogni.c.cū dilect⁹. ꝛ hoc vꝛ verū.ille tñ qui agit possessoꝛia non dȝ admittere hmōi probationē nec eū cōfiteri dñm.ꝛ in hoc est caute aduertēdum. ꝛ iūge que i materia negatoꝛie dicenꝛ. ¶ In hoc ergo est multū caute aduertendū q agēs hac actiōe articulet fundū cui debeꝛ seruitus ad se iure directi vel vtilis dñij pertinere vel quasi.nā si alleget solū dñium:nō sufficeret sibi probare quasi dñiuȝ vel vti
27 le:qd al's sufficeret:vt no.in.l.ij.ff.si seruitus vendi. ¶ †Sed nunquid dȝ probare dñm cōstituentē seruitutē:Videꝛ qd sic cū al's nō possit cōstituere ius in rem:vt patet.s.de serui.§. ideo aūt.ff. de euic.l.fundū.§.j.vel saltē quasi dñm.ꝛ hoc casu possunt eadē
28 dici que dicā in hypotheca.j.§.itē seruiana. ¶ †Expediti de tertio veniamus ad quartū:videlicet ɔtra quē competat.Et certū est qd cōtra dñm rei seruiētis qui impedit vti:seu quēuis possessoꝛem rei seruientis.ff.si vsufru.pe.l.vtifrui.§.sȝ vtrū. ¶ Sed an cōtra quēlibet aliū impediētem:Quidā dicūt q nō q confessoꝛia se cōfoꝛmat rei vendi.cōstat aūt q in rei vendicatione requiritur q reus rem petitā detineat vel possideat:ergo ꝛ in cōfessoꝛia.Pet.de bel.perti.hoc improbat dicens eam cōpetere contra quemlibet impediētem.ff.si seruitus vendi.l.si qs diuturno.§.fi. Unde rei vendi.ideo daꝛ cōtra possidentē vel detinentem q hȝ facultatē rei restituende:qd non hȝ alius q nō possidet nec detinet.Sȝ qcunq; impediēs hȝ facultatē ɔstandi patientiam ꝛ nō impediēdi ideo secus in illa:ꝛ tñ secus est in actiōe aq̄ pluuie.ff. de aqua plu.ar.l.si publico.§.fi.e.tit.l.apud.§.aque.illa em̄ teneꝛ solus dñs:ꝛ est ratio.qꝛ solus ille opus restituere pōt.Et hec procedunt quando confessoꝛia datur contra impedientem.si enim daretur contra quasi possessoꝛem:secus:vt si dicam me habere aliquem denarium super aliquo manso vel loco quem tu possides si agam confessoꝛia contra te quomodo possides:non videtur qd possim.ꝛ idem vbicunq; per confessoꝛiam volo aliquid cōsequi aliud quam pecuniā:vt reparationē parietis qui debet mihi seruitutem vel reparationem aqueductus quaȝ debet possessoꝛ tenere in statu:vt.j.proxime dicam. ¶ Quinto queritur quare sic vocatur.ꝛ de hoc est satis actum in glos. ꝛ circa eam. ¶ Sexto queritur ad quid competat. ¶ Et septimo que in

a ¶ Modus pbandi bonam fidem.De hoc vide Ias.in sequē. §.in.xxj.col.i me. ver.item vltra pdicta.

ea veniunt. Et ego facio tibi de hoc vnũ mẽbrũ: ⁊ credo ꝙ Pe
trus facere debuisset: ⁊ ad veritatem ambo prosequit sub vno: ⁊
dicit ꝙ doc. dicũt ꝙ cõpetit ad tria. Primo qḋ impediẽs cesset
ab impedimẽto. Secundo qḋ restituat fructus ⁊ interesse. Ter
tio qḋ caueat de nõ impediẽdo. Primũ probat per. l. si qs diu
turno. ff. si serui. vẽdice. Scḋm per. l. vtifrui. §. in his. ff. si vsufru.
pe. si seruitus vendicetur. l. loci corpus. §. in confessoria. eo. titu. l.
harum. Tertium in. l. egi. eo. tit. ¶ Petrus dicit ꝙ hoc non est
verũ: ⁊ qḋ cõfessoria nõ põt cõpetere nisi ad declarationẽ serui
tutis sicut rei vendi. ad declarationẽ dñij: vt dictũ est. s. proxi. §.
predicta aũt omnia veniũt officio iudicis sicut in rei vendi. ⁊ ꝙ
hoc sit verũ: dicit apparere: qꝛ sñiatur sup declaratiõe: vt. l. sicu
ti. s. sz si q̃rat. ⁊ sic declaratio venit iure actiõis tm̃: cetera offic.
iudicis mercenario ẜm eũ. vel dic ꝙ interesse ⁊ dãna q̃ cõtigerũt
añ lit. cõtest. veniũt iure actiõis q̃ post officio iudicis: vt no. in. l.
19 harũ. s. alle. ¶ † Octauo q̃rit quõ formaẗ libellus. ⁊ dicit Pe
trus post Ja. ⁊ Renfre. format sic. Dico ꝯ talẽ ꝙ lz habeam ser
uitutẽ itineris per fundũ talẽ ad fundũ meũ talẽ: nihilominus
ipse ĩpedit me quominus possiz vti seruitute mea p̄dicta: quare
peto ipm̃ cõdẽnari vt desistat: fructus ⁊ ĩteresse reddat: ⁊ qḋ ca
ueat me in futurũ nõ impediturũ. Dicit idẽ Petrꝰ post Ja. ꝙ
iste libellus nõ valet obolũ: qꝛ dz cõcludere ad declarandũ: vt. l.
sicuti. §. sz si queraẗ: vt. s. satis dictũ est. Jtẽ qḋ seruitꝰ debeẗ ẜm
indigentiã rei. ff. de serui. rusti. predi. l. certo generi. §. ideo. de pre
dicta indigentia dz fieri sermo in libello: ⁊ hoc in seruitute rea
li. idem in personali nisi in vsufruc. qui pertinet insolidũ ad fru
ctuariũ. ff. de vsufr. l. vsufructu leg. ¶ Formabis ergo sic ẜm eũ.
Fundo meo fundus Titij dz seruitutẽ eundi agẽdi. cũ vti vellẽ
ẜm indigẽtiã rei: idẽ Titius me impedit vti seruitute: q̃re peto
seruitutẽ fundo meo cõpetere ⁊ deberi ꝓnũtiari: quo pronũtia
to dñe iudex vestrũ iploro officiũ vt eũ cessare faciatis ab impe
dimẽto: ⁊ cõpellatis eũ cauere ne impediat me in futurum: ⁊ qꝛ
dãnificatus sum in cẽtũ qḋ in illis cẽtũ condẽnetis eũ. iste libel
lus probaẗ in. d. l. sicuti. §. sed si queraẗ. ⁊. l. harũ. ⁊. l. egidiꝰ. ⁊. l. lo
ci. §. j. ⁊. l. si forte. §. fi. ¶ Sic põt formari in oĩ seruitute excepto
vsuf. vbi nihil dz tãgi de indigẽtia ẜm eũ. Jste libellus satis ꝓce
dit in seruitute reali in qua semper ꝯcludiẗ: ⁊ in p̄sonali vbi ille
30 cui debeẗ seruitus habebat aliqd agere. ¶ † Sed quid vbi dz ei
aliqd dari: puta rusticus dz dare par caponũ pro fundo. tũc nõ
vr̃ cõpetere cõfessoria que solũ cõpetit ad patiẽtiã ẜm Jac. Sz
ego credo ꝙ pronũtiatio sup declaratiõe seruitutis veniat offi
cio iudicis quo compellaẗ dare in futurũ: sicut venit ꝙ reficiat
parietem vel tollat: sicut. j. diceẗ. ⁊ vide. j. in. §. ꝓiudiciales. ⁊ not.
ꝙ opz ꝙ specificeẗ modus impediẽdi: forte qꝛ non sinit trãsire
illum cui debeẗ iter. modus enim declarãdus est: qꝛ ex eo varia
tur cõclusio. si em̃ me impedit si apponẽdo in persona: cõcludiẗ
vt. s. Si aũt fecit parietẽ in loco vbi habeo ius eundi: cõcludiẗ
vt cesset ab impedimento ⁊ tollat impedimẽtum qḋ apposuit.
C. de serui. l. si quid. se autẽ seruitus exigat vt reus aliqd faciat:
vt reficere parietẽ pro sustinendo tigna mea: ago vt reficiat. De
indigentia rei credo qḋ nõ sit necesse proponere: nec ꝓponiẗ cõi
ter ẜm cõem vsum: q̃uis Jaco. ⁊ Pet. contra: vt. s. dictum est.
¶ Jtez caue qḋ agẽs debet specificare quomodo fundus cui ser
uitutẽ deberi asserit ꝑtinet ad eũ vtrũ sit dñs: ⁊ sic cõpetat ei ve
ra ⁊ directa cõfessoria. vel bo. fidei possessor: ⁊ sic quasi ꝯfessoria.
vel an sit vtilis dñs vt supficiarius vel creditor: vt sic ei cõpetat
vtilis. ex mõ em̃ agẽdi dz de his oĩbus apparere: vt dixi. s. §. pr.
¶ Per premissa apparet qḋ p̄lati ⁊ ministri ecclesiarũ q agunt
suo noĩe tanq̃ p̄lati directa confessoria debent succũbere: qꝛ nõ
sunt dñi: ⁊ debẽt intẽtare quasi cõfessoriam. sed bene verum est
ꝙ noĩe eccl'ie pñt intẽtare directã ⁊ cõfessoriã: qꝛ ecclesia est dña.
vide per Jnn. extra de offi. ordi. c. cõquerẽte. de ver. sig. abbate. ⁊
qḋ scripsi. s. de re. diui. §. nullius. Spe. vero vr̃ ponere libellũ Rã
31 fre. vide in Spe. de causa pos. vlti. col. ¶ † Sz queritur quid ma
gis consequimur in effectu per confessoriã q̃ per interdictũ vti
possidetis. qꝛ per interdictũ vti possidetis cõsequimur ꝙ aduer
sarius prohibeaẗ nõ impedire: ⁊ tñ in ꝯfessoria oportet probare
proprietatem seruitutis: in interdicto soluz possessionez. ad hoc
põt rñderi qꝛ confessoria largius competit: videlicet possidenti
⁊ nõ possidẽti: sed interdictũ possidẽti tm̃ datur: vt. l. j. §. interdi
ctum. ¶ Jtem sñia lata in confessoria causat rem iudicatam cõ
tra illũ cõtra quez lata est ⁊ eius successores: ⁊ cõpellitur cauere
pro se ⁊ successoribus: vt. l. harũ. ff. si serui. vendi. ¶ Jn interdi
cto nihil cauet nec pro se nec pro successoribꝰ: quinimo posset di
ci qḋ in interdicto heres non cõpescitur per sententiã latam cõ
tra predecessores: qꝛ põt esse qḋ habeat aliam causam impedien
di: nec actio in factũ ex re iudicata daretur contra ipsum ex tur
batione quam ipse facit: sed ex turbatione p̄decessoris si quid in
teresset: sed secus in confessoria per. d. l. harum. dic melius. j. de in
32 terdi. §. retinende. in ver. nunc de effectu. ¶ † Nunc circa negato
riam insistamus. ⁊ primo queritur quid sit. ⁊ dic secundũ Pe

trum qḋ est actio in re cõpetens alicui ratione rei sue vel quasi
libere respectu aduersarij contra vtentem in re illa aliqua serui
tute ad pronũtiandum aduersario ius non esse vtendi. Actio
in rem vt hoc. §. rei sue. ff. si serui. vẽdice. l. ij. Uel quasi sue. compe
tit enim bonefidei possessori superficiario: vt ibi notatur respe
ctu aduersarij. ff. si seruitus vendi. l. loci. §. competit. ¶ Secũdo
queritur vnde nascatur. dic vt dixi in alijs realibus: quia nõ na
scitur sz cõpetit: ⁊ habet duo principia materialia ex parte acto
ris videlicet dominiũ seu ius in re: ⁊ libertatẽ. ex parte rei vsum
attentatum. ⁊ hec sunt facilia videre. ¶ Tertio queritur cui cõ
petit. Dicas ꝙ dño vel quasi: sicut. s. dixi in cõfessoria. ff. si serui
tus vẽdicetur. l. ij. ¶ Quarto queriẗ cõtra quẽ datur. ⁊ hic fuit
dissentio inter doc. Placentinus dicebat ꝙ datur contra dñm
cui aliqñ fuit debita seruitus: ⁊ nõ cõtra aliũ. gl. tenet cõtrariũ.
dic vt in. d. l. ij. ff. si seruitus vendiceẗ. l. ⁊ si forte. §. hec aũt actio.
33 ¶ † Sed de hoc magis dubitandum: nunquid datur cõtra quẽ
libet impedientem etiam si non contendat sibi deberi seruitutẽ.
Petrus dicit ꝙ doc. ꝯsueuerũt determinare qḋ sic: qꝛ ista actio
conformis est confessoria constat autẽ qḋ cõfessoria cõpetit con
tra quẽlibet: vt. l. si quis diuturno. ⁊. s. satis tactũ est: ergo ⁊ ista.
sz ⁊ ipse distinxit: qꝛ aut tale impedimẽtũ apponiẗ ꝙ cadit in ge
nere seruitutis. Uerbigratia volo piscari per stagnum meuz: tu
dicis ꝙ nõ possum nisi tibi dem decẽ vel aliqd: ⁊ tũc nõ dubiuz
qꝛ seruitutem ex qualitate facti vult vendicare: ⁊ datur negato
ria. sed si me impedis tali ĩpedimẽto qḋ ex qualitate facti nõ ca
dit in materia seruitutis: qꝛ forte dicis rem ad te pertinere: tunc
agitur iniuriarum non negatoria: vel agitur vti possidetis. ff. de
iniurijs. l. iniuriaruz. §. pe. ⁊ fi. ¶ Sed quomodo hoc scieẗ: qꝛ for
te hoc dicebat: ⁊ hoc cõtingit quasi cõiter: nã impediẽtes dicũt
quare faciũt hoc. sin aũt recurreret ad interrogatoria. ff. de inter
rogatoria actio. l. j. ẜm eum. Sed forte non tenetur respondere ta
libus interrogatorijs per que cogeretur quodammodo dicere ti
tulũ suum: vt. l. cogi. C. de peti. heredit. ¶ Unde potest dici dari
contra illum qui non vtitur iure seruitutis. ff. si seruitus vendi
cetur. l. fistulas. ⁊. l. si quãdo. de arboribus cedendis. l. fi. gl. tamẽ
videtur tenuisse opi. Pet. ff. de aqua pluuia arcen. l. apud treba
tium. §. idẽ trebatius. si seruitus vendiceẗ. l. si cũ meus. ⁊ facit qḋ
no. eo. tit. l. ij. ¶ Quinto queritur quare si vocetur: dic vt in glo.
¶ Sexto ⁊ septimo queriẗ ad quid cõpetat: ⁊ qd in ea veniat.
Doc. cõsueuerũt dicere qḋ cõpetit ad hoc qḋ res agentis libera
pronuncietur ⁊ ad fructus ⁊ interesse. Pe. hec oĩa improbat et
dicit qḋ cõpetit ad hoc vt declareẗ nõ esse ius aduersario vtẽdi
de tali seruitute vel tale impedimẽtũ facere: cetera veniũt officio
iudicis: vt. s. circa confessoriaz dictũ est. ⁊ hoc probat sic. nam si
ageretur vt res pronunciaretur libera: non posset agere ille qui
debet alij talem seruitutẽ: ⁊ tamen cõstat qḋ talis põt agere. ff. si
seruitus vendiceẗ. l. loci corpus. §. competit. ergo cõcludi nõ põt
vt res pronuntietur libera: qꝛ falsum cõcluderetur. verum dicit
nisi adderet quo ad aduersariũ. ¶ Spe. vero nõ facit tantã solẽ
nitatẽ: imo cõcludit directe qḋ aduersarius ꝓhibeaẗ: vt in Spe.
de causa possessionis. c. nunc dicendũ. prope fin. §. Sed opi. Pe
tri probabilior est de iure: sed tamen pro Spe. videtur expressũ
34 C. in qui. cau. col. l. j. lib. xj. ¶ † Jtẽ queriẗ quis probabit in nega
toria. Flo. post Jo. dicit qḋ actor probabit se dñm rei. ⁊ q̃nis di
cit liberam rem: non habet necesse hoc probare: qꝛ presumitur li
bera: ⁊ eiusmodi presumptio releuat eum a probatione. Hanc
opi. sequitur Pe. dicit enim ꝙ actor habet probare dominium
rei: ⁊ qḋ aduersarius eum impedit: libertatem autẽ probare nõ
habet: qꝛ presumiẗ. de hoc no. ff. si seruitus vendicetur. l. sicuti. §.
sed si queratur. ff. si vsufru. peta. l. vtifrui. in prin. de oper. no. l. si
priusq̃. Sed ista sententia nõ videtur vera: qꝛ sicut res presumi
tur libera: ita ⁊ persona hominis. sed constat qḋ vbi quis habet
possessionem serui seu seruitutis: incumbit onus probandi liber
tatem illi qui eã allegat: vt. l. igitur. §. potest. ff. de libe. cau. ergo
⁊ in hoc casu videtur qḋ debeat incumbere probatio illi qui li
bertatem allegat saltem in casu premisso quo aduersarius possi
det seruitutem. ⁊ istud fere dixit glo. in. d. l. vtifrui. sed postea re
trocessit. ¶ Preterea in casu quo agitur cõtra illum qui semel
seruitutis ius habuit: oportet dici ꝙ incumbat onus probandi
libertatem allegãti vel vbi debetur seruitus de iure communi
consuetudinario vel alio. Uerbigratia. de iure communi cõsue
tudinario debent subiecti subsidiũ domino pro filia maritãda:
tu allegas libertatẽ: oportet ꝙ eã probes vel per priuilegium: vel
per cõuentionem: vel prescriptionem. ¶ Jn primo casu da exem
plũ. Agis cõtra me negatoria: ego dico ꝙ recte vtor: qꝛ seruitus
est mihi quesita: tu dicis eam extinctã prescriptione vel cõuẽtio
ne ⁊ libertatẽ tibi quesitã: nemo dubitat quin habeas probare.
itẽ habes eã probare in casu dicte. l. si priusq̃. qñ fuit cõtumax.
Dic ergo qḋ actor probat libertatez in casu quo aduersarius re
cte possidet seruitutẽ: vel in casu quo ius cõe ei assistit: ⁊ in casu
quo semel seruitus cõpetijt: ⁊ allegaẗ extincta ex aliqua causa vel
in casu

in casu contumacie. al's satis potest sustineri ⁊ concedi opi. Jo. ⁊ gl. saluo q̄ probabiliter posset dici q̄ agens negatoria sit releuatus a probatione dominij probata possessiõe rei: vt dixi. s. in materia cõfessoria. ¶ Item vr̄ qd̄ sufficeret probare quasi dn̄iu3 vel si sic esset propositu3 ⁊ articulatum: vt ibi dixi in confessoria.
35 vide ibi. ⁊ facit bn̄ ad hoc. d. l. j. C. in qui. cau. col. cen. ¶ † Ex his apparet conclusio libelli. concluditur enim declarari ius nõ esse ita vtendi. Cetera vero sicut q̄ opus impediens tollatur si factū fuerit: vel cautio dãna ⁊ interesse refundãtur: ad que diuersimode est cõcludendū sicut dixi in materia ꝯfessoria que veniūt officio iudicis.
36 ¶ † Ite3 querit̃ quanto tp̄e tollat̃ negatoria. Super hoc scis q̄ gl. tenent q̄ triginta ann. Et ad oppositionē que posset fieri q̄ ita sequeretur qd̄ seruitus que habet causam discontinuam acquireret̃ triginta an. cum tp̄s debeat esse vniforme acquirendi ⁊ perdendi: ⁊ tñ hoc est falsum. Respõdent qd̄ ex qualibet itione dat̃ vna negatoria: ⁊ ideo si negatoria que cõpetijt pro prima itione sit sublata: nõ sequit̃ qd̄ illa que cõpetit pro vltimis. ⁊ de hoc. C. de seruitu. l. ij. ⁊ hanc sequnatur hic Jac. ⁊ Petrus dicendo qd̄ sicut plures vẽdicatiões cõpetunt si hodie tu possides ⁊ desinis ⁊ post iterū possidere reincipis: ita in negatoria ex qualibet itione vel qualibet expleto seruitutis cõpetit vna. sed secundum hoc nunq̄d prescriberetur negatorie saltē illi que ex vltima itione competit. dicit Petrus qd̄ imo prescribit̃. nam negatoria habet principium materiale libertatem. ex quo ergo illud principium deficit: q2 forte prescripta est seruitus: amodo competere non põt: imo illa que nata erat forte per duos dies ante completam prescriptionē est extincta. non enim tempore dati libelli põt dicere liberam rem: ⁊ illud principium materiale deficit: et ideo agere non potest sicut nec rei vendicatio si desijt esse dn̄s ante datum libellum: vt dixi. s. proxi. Sed nunquid saltem competit pro fructibus ⁊ interesse? Respondeo qui teneret q̄ hec venirēt iure actionis certū est q̄ sic. sed per officiū iudicis nõ. ff. de rei ven. l. so
37 lum. §. j. de eo quod cer. loco. l. iiij. ¶ † Hec possunt sufficere circa hanc materiam: nolo tñ omittere vnum punctu3 in quo leges videntur varie. ago negatoria contra te: cõstituo te in contumacia: non vis cõparere. quedam leges dicunt q̄ punieris qd̄ efficieris de possessore petitor: vt. l. si priusq̄. de operis noui nũtia. alia lex dicit q̄ prefigetur tibi tempus ad agendū: ⁊ post non audieris: vt. l. a quo. ff. si de dam. infec. alia dicit q̄ fiet missio in possessionem bonoru3. ff. serui. vendi. l. is cuius. ¶ Super hoc dicas q̄ aut non potest fieri missio in quasi possessionem iuris sine demolitione operis: tunc obtinet. l. a quo. aut potest fieri: ⁊ tunc si aduersarius est presens ⁊ non vult procedere: tunc compellitur cauere: vt. l. si priusq̄. al's si absens sit fit missio: vt. l. is cuius. ⁊ hoc vbi reus est contumax. si sit actor: dic vt. d. l. si priusq̄. vel potest procedi secundum aut̃. qui semel. C. quomodo ⁊ quando iu.

1 ¶ Actiones quedam sunt pretorie de quibus ponit exempla.
2 Actio pretoria que datur secundum. §. sed iste quidem. de actio. an sit perpetua vel non.
3 Petitio hereditatis que datur bonorum possessori est pretoria.
4 Actio publiciana cõpetit ei qui emit bona fide ante prescriptionem completam.
5 Publiciana actio ⁊ in factum an sint idem: an vero differant.
6 Publiciana actio quid sit.
7 Item cui competit.
8 Rei vendicatio ⁊ publiciana sunt contrarie origine: nã vna presupponit dominium: alia non. ⁊ nu. 9.
10 Res mobilis si alienetur a male fidei possessore sciente rem alienam committitur furtum.
11 Publiciana non datur nisi illi qui vsucapit vel prescribit.
12 Publiciana vt competat requiritur traditio.
13 Tradens rem suam mihi vt meam ex causa iudicati non transfert dominium.
14 Publiciana actio contra quem detur.
15 Domini plures vnius rei q̄uis esse non possint: possunt tamen plures esse quasi domini.
16 Publiciana an detur contra eum qui desijt dolo possidere.
17 An autem requiratur quod pretium sit solutum.
18 Fides de pretio videtur habita probata traditiõe cum actor habeat probare traditionem.
19 Libellus qualiter formatur in actione publiciana.
20 An autem debeo allegare causam mediatam.
21 Sententia lata in rei vendicatiõe an obstare faciat exceptionem in publiciana.
22 An autem in hac publiciana debeat concludi ad declaratione3 vel ad rei restitutionem.
23 Publiciana agens an teneat̃ probare authorē suu3 fuisse dn̄m.
24 Publiciana quare melius fuit nominata actio per se ⁊ facit certam speciem q̄ bonorum possessio hereditatis petitionis.

a **Sed iste quidem.** ¶ † Quidam[a] faciūt hic. §. quidem in versic. Alie. qui sequit̃ gl. ⁊ vltramontani faciūt hic. §. ⁊ Jac. ⁊ citramontani faciūt in vbo alie. credo q̄ vltramontani meli⁹ faciūt: nã hic imperator subintrat aliã diuisionē: vt not. hic in gl. quã ꝓsequit̃ vsq3 ad. §. appellam⁹. casus vix ponit̃ p̄ modū casus. potes tñ sic dicere. Dn̄e imperator ego audiui vnã diuisionē actionu3: q2 quedã in rem: quedã in personã ⁊ locutus fuistis de tribus actionibus in rem de quib⁹ audiui. Quero que sunt he actiões: an sunt ciuiles vel pretorie. respõdet qd̄ quedã reperiuntur ciuiles: sicut sunt
1 iste tres predicte. ¶ † Queda3 pretorie de quibus exẽpla subijcit. Verbigratia. tu emis rem bona fide ⁊ titulo ab eo quē credebas dn̄m: si cadas a possessiõe: vẽdicare nõ potes de iure ciuili: s3 ius ꝑtoriū dat tibi actionē ⁊c. Prosequere ponẽdo casum iuxta exẽ
b pla ⁊ verba tex. ¶ In gl. latēter. circa mediū[b] ibi cū dicit: in persona actoris. Pet. de bel. perti. doct. dicit rei vẽdicationē pretoriã hoc casu q̄n datur ꝯtra eū qui dolo desijt possidere per dictã l. electio. ⁊ per. l. ij. §. fi. C. de ali. iudi. mutã. ¶ Itē ius pretoriū dat nouã formã huic rei ven. faciẽdo eã cõpetere ꝯtra illū q̄ nõ possidet cõtra formã ei datã de iure ciuili: ⁊ ideo ius pretoriū d3 dici: ff. de iust. ⁊ iur. l. ius ciuile. s3 s̄m hoc videt̃ qd̄ debeat extingui anno q2 pretoria. ⁊ descẽdit ex delicto ex eo q2 dolo desijt possidere. ¶ S3 idē Pe. dicit q̄ imo est ꝑpetua q̄uis ex delicto descẽdat: ff. de noxa. actio. l. pe. §. he actiões. ⁊ ff. si mulierevẽtris noīe in. l. j. §. hec actio. q2 surrogata est in locū ciuilis ⁊ ꝑpetue: nec ꝑprie ex
2 delicto: s3 ex dn̄io causat̃ s̄m eū. ¶ † In hoc aduerte: nã gl. videntur sup hoc varie: vnde. ff. de actio. ⁊ obli. l. in honorarijs. vr̄ tenere hanc opi. Pet. s3. ff. de bo. pos. here. peti. l. ij. tenent qd̄ hic Dy. tenet qd̄ sit ciuilis. Sed per exceptionē dicit̃ pretoria: ⁊ sic intelligit dictã. l. ¶ In gl. s. expressam. in fi. ista gl. vr̄ ꝯcludere qd̄ actiones descẽdẽtes ex ꝯtractu vel quasi: ex delicto vel quasi: ex varijs figuris causaru3 sunt ciuiles oẽs: ⁊ tñ constat multas esse pretorias: vt actiones de cõstituta: negotiorū gestorū: furti manifesti: vi bonorū raptorum: ⁊ infinitas de quib⁹ in arbore Jo. Expone ergo: ⁊ si que sunt alie ciuiles. idest a simili iure: s3 iure ciuili inducte: cuius sunt multe partes: vt. s. gl. pri. no. in fi. Et est verisimile qd̄ hoc voluit dicere gl. q2 al's intolerabilē implicaret erro
3 rem: qd̄ nõ est verisile. ¶ † In gl. i. tam in rem. ibi cū alleg. §. quedam. Contra: q2 petitio hereditatis que dat̃ bonor possessori est pretoria: vt. l. j. de bono. pos. here. peti. ⁊ tñ est mista. ff. de peti. here di. l. sed ⁊ si lege. §. ꝯsuluit. ⁊. C. de peti. here. l. hereditas. §. petitio. Dicit Dy. ⁊ doct. q̄ peti. here. est ad veritatē ciuilis etiã que dat̃ bo. pos. q2 per sena. cõsulta inducta est: vt. l. ite3 veniūt. §. cū predixerimus. ff. de peti. here. ¶ Sed q2 pretore3 extendit̃: dicit̃ pretoria l3 veridice nõ sit: vt dixi. s. Vel dic q̄ petitio hereditatis que etiam cõpetit heredi de iure ciuili nõ est mista: imo est in rem: vt ff. de peti. here. l. sed si lege. §. petitio. ⁊ dixi. s. in princ. tit. ¶ Item opponitur: q2 omnia interdicta sunt pretoria ⁊ sunt in rem scripta. ff. de interdic. l. j. §. j. ⁊ sic quodammodo pretoria vidẽtur mista. Solu. non sunt mista: imo ad rei veritatem personalia: vt ea. l. §. penul. ¶ In glo. hoc videtur falsum. in fi. Vel dic qd̄ compe
4 tit ad dominiū. idest ad declarationē dominij s̄m doct. ¶ † In
c gl.[c] sed nūquid publiciana. in fi. hec opinio est vera per argumētum gl. Item q2 publiciana competit illi qui emit bona fide ante impletam prescriptionē: vt hoc. §. ⁊ nisi completa prescriptiõe adderetur vtilis rei vendicatio: cõplementū prescriptionis nihil augeret quo ad hoc: qd̄ nõ est dicendū. vnde s̄m Dy. est reperire triplex dn̄ium: videl3 directū: ⁊ illud causat actionē directam in rem. item vtile dn̄ium: ⁊ illud vtilē. itē quasi dn̄ium: ⁊ illud publici. vnde caue: q2 glos. quandoq3 vocant vtile dn̄ium: quasi dominium: vt. ff. de dã. infec. l. cū postulassem. §. j. de acq. rerū do. l. traditio. ff. eo. l. si seru⁹. ⁊ Azo in sum. hu⁹ tituli: sed error est: ⁊ corrige. sunt enim diuersa vtile dn̄ium: ⁊ quasi dn̄ium: s̄m Dy. Ja. de ra. dicit q̄ publi. cõpetit vero ⁊ vtili dominio: vt. j. videbis.
5 ¶ † In glos. s. publiciana. in fi. hec glo. est notabilis s̄m Dyn. pro quo facit. ff. de adulte. l. quod ex his. Sed videtur q̄ actio in factum ⁊ publici. sint idem. ff. de iureiuran. sed si possessori. in prin. vide quod ibi not. iuxta magnã glo. nihil apostillo: q2 in prosecutione materie declarabit̃. ¶ Veniamus ergo ad materia3 iuxta quam primo queritur quid sit publiciana. Secundo cui competat. Tertio contra quē. Quarto que requiruntur ad hoc q̄ competat. Quinto ad quid cõpetit: ⁊ quid in ea veniet. Sexto de for
6 ma libelli. ¶ † Redeamus ad primū qd est hec actio. Et dic s̄m Pe. de bel. perti. qd̄ est quedam actio in rem cõpetens alicui ratione iuris sui sibi bona fide quesiti in re vel ad rem commercio hoīum non exemptã propter vitiū non prohibitã vsucapi ex causa habili ad translationē dn̄ij traditione dn̄ij secuta vel quasi contra eum qui habet facultatē rei restituende ad declarationem iuris sui. Actio in rem. hoc satis apparet hic. imperator enim ponit eã exemplu3 primū de pretorijs realibus. Ratione iuris: id est quasi dn̄ij: vt hic cu3 dicit: quasi rem susceperit bona fide quesiti. ff. eo. l. eum qui. §. pretor. Vel ad rem. Pet. dicit qd̄ ideo dicat ad rem: quia qui habet seruitutem: habet ius in re: sed qui potest vendi

a ¶ Quidã. Vide hic Jas. q narrat altercatione3 fuisse inter vltramontanos et citramontanos an hic sit. §. vel non.

b ¶ Circa mediū. Vide hic Ange. in. ij. col. vr̄. in gl. s3 iste. ⁊ Jas. in vij. col. in prin.

c ¶ In glo. vide hic Ang. singulr loquentē. ⁊ super fine gl. vide Jas. i. ix. col. ⁊ ibi querit nūqnid publiciana det̃ feudatario vel vasallo ad vendicãdã rē sibi infeudatam. Itē sequenti col. querit nunquid publiciana cõpetat vero et directo domino.

care ratione dominij: vel publici. agere ratiõe quasi dominij: ha-
bet ius ad rem. Salua pace sua: ergo credo q̃ ille qui h3 dñium
habet ius in re: sed de eo qui non habet dñium sed quasi dñium
posset sustineri q̃d habet ius ad rem. vide in simili extra de ɔces.
prebē.c.si.lib.vj.⁊.c.ne captāde. Propter vitiū. vide.ff. de publi.
cum sponsus.§.in vectigalibus. Commercio bonorum. vide.ff.eo.l.
cū spōsus.§.antepenul. Ex causa habili.ff.eo.l.j.§.fi.cū.l. sequen.
⁊.l.quecunq;. Traditione.ff.eo.l.siue.in prin.⁊.§.j. Restituende.
vt in rei ven.cui est similis.ff.eo.l.eū qui.§.in publiciana. Ad de-
7 clarationē.de hoc magis videbis in formatiōe libelli. ¶ †Scđo
queritur cui cõpetit. Ad hoc dicas q̃ nō dño qui bona fide acq
sivit ab illo quē credebat dñm ⁊ iusto titulo tali qui parat cām
vsucapiēdi. vnde quinq; sunt necessaria ad hoc q̃d cõpetat⁹: vt hic
no. in gl. ¶ Supponit̃ ergo per doc.⁊ gl. q̃ nō cõpetit dño vero.
Jaco.de ra.⁊ Pet.de bel.perti.dicūt cõtra: q̃ imo etiā dño vero
competit ⁊ concurrit cū rei vendi.⁊ hoc probāt per simile: nā pre
tor qui eā introduxit largus est: ⁊ nedū prouidere voluit in casu
necessario: sicut vides in bo.pos. quā dat abintestato emācipat⁹:
quā extendit ad suos qui nō indigebāt: q: succedebāt de iure ci-
uili.s.de bo.pos. circa prin. Vñ ad leges que dicūt dari non dño:
respondent q̃ verum est proprie in casu sue intentiōis: non tñ ex
hoc negatur nec ɔcluditur quin datur dño vero. ¶ Hāc opi. nō
credo verā. Primo q: nullo iure fulcit̃: imo videt̃ ɔtra intētionē
textuū. Scđo q: due actiões que sunt ɔtrarie in originali mate-
ria non cõcurrunt q̃uis cõpetant ad eundē effectū: vt est videre
in querela inofficiosi testamēti ⁊ in querela falsi. q̃uis em̄ vtraq;
competat ad annullationē testamenti: tñ contrarie sunt origine.
nam vna supponit testamētū tenere: alia supponit nullū: nō con
currūt: nec vna h3 locum in casu quo alia. C.de inoffi.testa.l.con
8 tra maiores. ¶ †Sic ergo in proposito: nā rei vēdicatio ⁊ publi-
ciana sunt contrarie origine: vna supponit dñium: alia nō: ideo
non vr̃ posse dici q̃ concurrāt: nec vna cõpetat in casu quo alia.
Qño ergo ꝓuidebit illi qui dubitat an esset dñs vl̃ nō ille a quo
acquisiuit: q: si iuret oportet q̃ anceps iuramētū recipiat ⁊ sic in
piculo periurij. vñ q̃uis glossator dicat hic ⁊ ɔsulat q̃ in dubio
ꝓponat publicianā nō tñ ꝓuidet sup ɔsciētia iuramēti: nā si ne-
sciat an sit dñs vel nō: quō iurabit hoc vel illud. ¶ Posset dici
q̃ iuramētū est de credulitate ⁊ gñale: videl3 q̃ existimat se iustā
cām habere: vt.l.ij.C.de iuramēto calū. nec aliud h3 specificare: ⁊
tale bene põt prestare. Si tñ faciat positiones: tūc oporteret iura
re specifice: ⁊ est maior difficultas. Unde credo q̃ non h3 ponere
in libello vel in articulis hec verba: emi vel acquisiui a tali quem
dñm esse credebā ⁊ tali titulo q nō erat dñs: nec me nō dñm esse
credo. ⁊ hoc põt sic probari. Certū est q̃ agēti sufficit tale factū
ponere ex quo sua ɔclusio possit seq. Cõstat autē q̃d ponendo q̃
emi a tali quē dñm credebā: et tali titulo q mihi rē tradidit ego
pono factū sufficiēs ad materiā publiciane: q: tñ sufficit ad vsu
capionē seu pscriptionē parādā: ⁊ sic ad publicianā dandā. hec
9 em̄ correlatiua sunt: vt.l.si eo.§.idē iulian⁹.ff.e.tit. ¶ †Preterea
si agēs publiciana haberet dicere nō dñm illū a quo cām h3: ɔfi-
teret̃ malā fidē in psenti q̃ saltē de iure canonico pscriptionē im-
pediret: ⁊ sic publiciana saltē illo iure nō cõpeteret: extra de pre-
scri.c.vigilāti.⁊.c.fi. ¶ Unde q̃uis de iure ciuili sufficiat habuis
se bonā fidē ab initio de iure cano. regrit̃ semp: vt.d.c.fi. Et sic si
haberet dicere se emisse a non dño: semp illo iure caderet cū non
esset in cā vsucapiēdi vel pscribēdi p ɔsessionē suā. Unde ego cre
do q̃ de quinq; q̃ gl. dicit necessaria ad hoc q̃ cõpetat publicia-
na. sufficiat ponere tria: vc3 titulū: bonā fidē: ⁊ traditionē. ⁊ alia
nō sunt necessaria poni: q: eoipso q̃ nō ponit se dñm: appet q̃ nō
intētat rei vēdicatio: ⁊ ita restat q̃ intētio cadat in publiciana.
si poneret pscriptionē agēdo vl̃ defendēdo sufficeret illā ponere:
ergo in publiciana sufficit. ¶ Jtē videt̃ expssum q̃ agens publi-
ciana nō debeat dicere se nō cadere dñm.ff.eo.l.si ego.§. partus.
ver. interdū. videt̃ ergo q̃ de iure canonico publiciana non cõpe
tat nisi qñ cõtinuat̃ bona fides: et ita hec materia restringit̃ illo
10 iure. ¶ †Jtē videt̃ q̃ de iure ciuili restringat̃ multū quo ad rem
mobilē: q: si res mobilis alienet̃ a male fidei possessore rē3 alienā
sciente: cõmittit̃ furtū. C.q̃d cū eo.l.si liberā. ⁊ sic res est vitiosa et
inusucapibilis: ⁊ p ɔsequēs nec publiciana cõpetit: vt.l. si ego.§.
partus.ff.e. ¶ Jtē vr̃ multū restringi in re immobili si alienans
habuit malā fidē: p authēticā male fidei. C.de pscrip.lõgi tēp. q̃
est de corpore vt spon.lar.§.rursus. vnde in paucis casibus videt̃
hec actio cõpetere: q̃d multi cõcedūt. Ja. vero de ra. dicit q̃ dñs
dñi sui dicebat q̃ ēt in casib⁹ pdictis dat̃ publiciana: q̃uis pscri
ptio seu vsucapio nō ꝓcedat: q: illa iura nō loquunt̃ de hac ma
teria: s3 solū de pscrip. ⁊ sic cū expsse nō corrigāt: nō sunt extendē
da. C.de appel.l.pcipimus. ⁊ maxie cū sit diuersa rō: q: pscriptio
ꝓiudicat dño: ⁊ est ɔ eqtatē: s3 publiciana est fm eqtatē: ⁊ nec ꝓ-
11 iudicat dño nec ɔ ipm dat̃: vt.l.pe.ff.de publi. ⁊ sic trāsit. ¶ †S3
restat rñdere ad ɔriū: q: publiciana non dat̃ nisi illi q vsucapit
vel pscribit: vt.l.eū q.ff.e. ille nō pscribit. ergo ⁊c. So. publiciana
est inuēta iure.ff.⁊ iure.ff. possessores in dictis casib⁹ pscribūt
ergo iure illo datur publiciana. vñ vr̃ sufficere q̃d iure.ff. possit
prescribere: cum noua iura quo ad hoc nihil immutēt. ¶ Pre-
terea hec maria nō est vera simpliciter: nō pscribit: ergo nō dat̃
publiciana: q: ille q cecidit a possessiōe nō pscribit: imo interrū
pit pscriptio.ff.de vsu.l.gñaliter. ⁊ tñ ille est q agit publiciana:
vc3 q a possessiōe cecidit: vt hoc.§. vnde solū hoc desiderat̃ q̃d
habuerit titulū ⁊ bonā fidē: ⁊ q̃d res fuerit tradita: ⁊ q̃d titul⁹
sit talis q sit habilis ad parandam vsucapionem: l3 qñq; vsuca
pio nō sequat̃ nec pcedat. vt.l.cū sponsus.§.in vectigalib⁹. ⁊ no
tat̃ in.d.l.eū qui. Uides ergo cui cõpetit: ⁊ q̃ sunt necessaria ad
12 hoc q̃ cõpetat. ¶ †Nūc discutiamus singula quinq; q̃ glossator
dicit esse necessaria p ordinē. Primo dicit gl. q̃ requirit̃ tradi-
tio vel quasi. Sed cõtra hoc oppone de.l.ff.eo.l.cū sponsus.§.j.
Jtem q̃d operat̃ traditio in ɔctib⁹ inter viuos: hoc operat̃ sim
plex legatū in vltima voluntate.ff. quēad. serui. admit.l.si partē.
§.j. igit̃ in legatis nō est opus traditione. ¶ Ja.de ra. dicit q̃ in
vltima volūtate cõpetit publiciana sine traditiōe: vc3 illa q̃ cõ-
petebat testatori ⁊ ex psona ei⁹: s3 ipsi legatario nō competit ex p
sona sua nisi dñiū traditiōe facta. hoc idē notauit gl.ff.e.l.j.i fi.
al's.l.ij. Ego tñ credo q̃ opinio q̃ ibi prio notat̃ sit verior: vc3 q̃
publiciana acqrat̃ ex vltia volūtate sine traditiōe. ⁊ hoc supple
hic ad gl. ¶ Sed circa hūc articulū querit̃ nūquid requirit̃ q̃
trāsferat̃ possessio. Et vr̃ q̃ nō: q: hec actio h3 instar rei vē.ff.e.
l.eū qui.§.in publiciana. i qua sufficit traditio dato q̃ possessio
nō transferatur.ff.de fundo do.l.si fundū.ff.de rei ven.l. si ager.
¶ Ja.de ra. dicit ɔtra q̃ oportet q̃d fiat possessor: q: al's pscribe
re vel vsucapere nō posset: ⁊ ita nec publiciana cõpeteret: vt.d.l.
eū q.facit ēt pro ipso eo.ti.l.traditionē. ¶ Ad argumētū rñdet
publiciana h3 instar vēdicatiōis ⁊c. verū est quo ad hoc vt fru
ctus veniāt: ⁊ quo ad aliqua alia: l3 non quo ad oīa. aliqua em̄
requirunt̃ in publiciana q̃ nō i rei vēdicatiōe: ⁊ ecõtra. S3 huic
opi. Jac. vr̃ obstare.ff.e.l.si seruitus. vbi videt̃ expressum. ¶ Jtē
q: hereditati nō acquirit̃ possessio.ff.si qs testa.li.esse ius.fue.l.j.
§.sceuola. ⁊ tñ acquirit̃ publiciana.ff.e.l.siue.§.pe. ⁊ in hac opi.
est Pe. ¶ Jtē dicit gl. q̃ scđo requirit̃ titul⁹ habilis ad trāsfe-
13 rendū dñium si tradēs esset dñs. ¶ †Sed contra opponit̃: q: si
petā rem tuā vt meā: ⁊ pronuntiet̃ cõtra te: ⁊ tu tradas rē auto
ritate iudicati: nō transferas dñiū: q: vbi tradis rem tuā vt meā:
non transfers dñium.ff.de condi.causa data.l.iij.§.subtilius. ⁊
tñ certum est q̃ hoc casu cõpetit.ff.de cõdi. causa data.l.iij.§.fi.
⁊ sic nō videtur requiri titulus habilis: ⁊ eodem modo põt op-
poni cõtra illud q̃d gl. requirit. Tertio videlicet q̃ res tradat̃ a
nō dño. Contra. imo si in casu premisso tradatur a vero dño: nō
transfert̃ dñium. ⁊ ita in casu premisso nō refert vtrū a vero dño
vel non dño tradatur. ¶ Ja. dicit q̃ he oppositiones procedunt
ex falsis. nam res iudicata est habilis titulus ad trāsferendū do-
minium.ff.de reb.eorū.l.iij.§.itē queri potest. Et hoc probat per
rationem. ista sunt paria transferre dominiū vbi dñs tradit: vel
causam vsucapiēdi parat vbi non dñs.ff.de contrahen.emptio.l.
clauibus. sed cā iudicati dat ⁊ parat causam vsucapiēdi vbi non
dñs tradit: ergo transfert dñiū. nec ob.§.subtilius. q: illa regula
fallit propter autoritatē rei iudicate. ¶ Jtem circa id q̃d gl. di-
cit requiri quarto ⁊ quinto oppo. q: si egerim cõtra te ad rem et
mihi detuleris iuramētū: ⁊ iurauero: datur mihi publiciana.ff.
e.l.eū qui.§.si mihi peteti. ¶ Si ergo nūc habeā iurare q: crede-
rem eu3 dñm qui tradidit mihi q̃d est necesse ex quo ita oportet
poni in facto fm gl. sequeret̃ q̃ sim periurus vel nunc qñ iuro de
calūnia dato libello in publiciana: vel tunc qñ iuraui rem mea3
esse. vnde si iurē q̃ non sim dñs: quomodo me saluabo de primo
iuramento quo iuraui me dñm esse. Ad hoc dicas q̃ istud quin
tum nō debet poni in libello: vt dixi.s.in princi.materie. ⁊ in hoc
videtur declinare Ja. ⁊ Pet. post eū. ¶ Jtē dicit Ja. q̃ requirit̃
sextū q̃d inceperit vsucapere: ⁊ ad hoc adducit hūc.§. istud pen-
det ab eo q̃d dixi.s. an requiratur q̃d res fuerit tradita. ⁊ posses-
14 sio adepta fuerit: certū est q̃d nec vsucapio incepta. ¶ †Nunc ex-
pedito articulo cui hec actio cõpetit: videamus cõtra quem det.
Et certum est q̃d contra possessorem vel detentorem rei si nō sit
dominus: q: exceptio domini repelleret agentem.ff.eo.l.pe. nisi in
casibus qui hic notātur in fi.gl. quam hic insinua. ¶ Jtem exce-
ptio nō dominij quando repellit: vide plene.ff.eo.l.siue.§.de duo
bus. vbi de hoc no. plene. ¶ Jn hoc tñ aduerte q: illud q̃d cõiter
dicit̃ q̃ publiciana non cõpetit contra illū qui habet causam ab
alio. hoc est verū si iste qui rem detinet est in tali statu q̃ possit p-
scribere vel vsucapere: al's sic. verbigratia. emi librū bona fide: li-
ber mihi surripit̃: fur vendidit tibi: ago cõtra te publiciana nun
quid possum. Jac. dicit determinatū fuit Aurelianis q̃ non: q:
melior est conditio possidentis vbi a diuersis dñis causam ha-
buit. Ipse tamē determinat cõtra: q: illa regula obtinet vbi pre-
scribere vel vsucapere põt: q̃d nō põt in casu q̃nis pdicte: q: res
est furtiua: ⁊ ideo nō cõcludit aliū qui potius ius h3: ⁊ cui cõpe-
tit publiciana

ut publiciana cũ nõ sint in pari cã. ¶ Et hoc satis probatur: qꝛ vbi duo hñt cãm ab vno ⁊ vni fuit res tradita aliꝗ nõ ille cui fuit tradita est potior: qꝛ est in cã vsucapiẽdi: alius non. vñ si vnus hꝫ titulũ habilẽ ad acqrẽdũ dñiũ: aliꝰ nõ: qꝛ vnus forte emit: alius ꝯduxit vel noĩe cõmodati vel depositi recepit: potior est ille q hꝫ titulũ habilem: fm Pe. ¶ Itẽ dic ꝙ in casu in quo publiciana daꝛ titulo de se nõ habili ad trãsferẽdũ dñiũ habilitato tñ p accidẽs ⁊ ꝓpter autoritatẽ rei iudicate vel iurisiurãdi qđ tũc non datur ꝯ qncũlibet possessorẽ vel detẽtorẽ: sꝫ ꝯ illũ tm̃ ꝯ quẽ iuratũ est. ff. e. l. eũ q. §. si petẽti. qꝛ publiciana illo casu nõ cõpetit de natura regulata natura sua. ⁊ nõ mirũ si restringiꝛ. vide plenius. j. e. §.
15 itẽ si qs. ¶ † Et ex his appet ꝙ ꝗuis nõ possint eẽ plures dñi insolidũ vniꝰ rei: pñt tñ esse plures quasi dñi. nã pluribꝰ daꝛ publiciana qñ plures eãdẽ rez emerũt bona fide: vt ptꝫ. d. §. ⁊ est rõ: qꝛ vniꝰ rei vnicũ est dñiũ qđ apud vnũ tm̃ esse põt. sꝫ plures pñt rez habere bona fide ⁊ titulo absq꜄ incõueniẽti. ff. de acq. pos. l. ij. §.
16 ex plurimis. ¶ † Sꝫ nunqd publiciana daꝛ ꝯ illũ qui dolo desĩit possidere: Dicas idẽ ⁊ p oĩa sicut in rei vẽdicatiõe dixi. s. §. pri. qꝛ oĩa q̃ seruanꝛ in vna debẽt seruari in alia. ff. e. l. eũ q. §. in publiciana. nisi reperireꝛ ꝯriũ exp̃ssum. Et põt dici ꝙ hoc casu publiciana sit vtilis sicut dixi de rei vẽdi. s. §. j. Sꝫ an publiciana que cõpetit superficiario vl' vectigali est vtilis vel directa: Vr̃ ꝙ vtilis ad instar rei vẽ. ff. si ager vectigal. l. j. in fi. ⁊ ita reperireꝛ quasi dñiũ directũ ⁊ quasi vtile ad instar dñij. Sed hoc vr̃ satis nouũ nec vr̃ de mẽte legũ vnde id qđ semp sit directa. vñ rei vẽdicatio ideo ẽ vtilis qꝛ cõpetit nõ võ dño ⁊ extẽdiꝛ ad dñm vel cõtra substãtialia principia sua p que nõ cõpetit nisi dño vero: sed in hac nõ sic: qꝛ hec nõ reqrit dñiũ sꝫ quasi dñiũ nõ distinguẽdo quid. vñ ptor qui eã introduxit erat largus: ⁊ introduxit eã simpliciter ⁊ liberaliter ⁊ vnã pro omni quasi dñio. ff. e. l. cũ sponsus. §. in vectigalibus. Hec pcedũt vbi publiciana cõpetit ad corporalia: sꝫ vbi ad incorporalia: iuxta. l. si ego. §. j. ff. e. tũc daꝛ ꝯ impe-
17 diente lꝫ nõ possideat: vt dixi in ꝯfessoria. s. pri. §. ¶ † Quidam in dubiũ reuocãt an requiraꝛ ꝙ pretiũ sit solutũ. Et dicit Ja. ꝙ Rãfre. tꝫ ꝙ sic: qꝛ ad hoc qđ ꝯpetat publiciana reqriꝛ bõa fides certũ est aũt qđ ille q recipit nõ hꝫ bonã fidẽ nec titulũ nisi soluerit pretiũ: vel fides fuerit habita de ptio. ff. de ꝯhen. emp. l. qđ heredi. ¶ Preterea dñiũ nõ trãsferreꝛ aliter nisi dñs vẽditor esset: ergo nec cã vsucapiẽdi vbi nõ est dñs & ad paria iudicenꝛ. e. tit. l. clauibus. Jac. dicit ꝯ seqnẽdo ter. ⁊ gl. ff. eo. l. de pretio. ⁊ idẽ sequiꝛ Pe. ¶ Ad argumentũ Rãfre. respõdet qđ ille qui emit dꝫ habere bonam fidẽ. i. se credere venditorẽ habere ius vendẽdi ⁊ nõ esse rem alienã. ff. de verb. sign. l. bone fidei. nõ aũt hoc casu dꝫ credere se factum dñm: sed adhuc hoc bene indagatum nõ est. et videꝛ necessario ꝙ ad hoc qđ cõpetat publiciana ꝓ re mobili ꝙ oporteat ptiũ esse solutũ vel fidẽ habitã de pretio: qꝛ emptor qui alio mõ recipit cõmittit furtũ. ff. de furt. l. eũ qui. ꝗ. rñso. ⁊ est predo. ff. de acq. pos. l. si ex stipulatione. ⁊ ita non põt vsucapere sicut nec publiciana agere: qꝛ actor nõ hꝫ in publiciana ponere nec ꝓbare ꝙ pretiũ sit solutũ vel fides habita de pretio: ⁊ sic intelligiꝛ lex de pretio. si tñ reus dicat actorẽ esse male fidei possessorem: qꝛ propria autoritate rem accepit ⁊ cõtra voluntatem venditoris ⁊ pretio nõ soluto opꝫ qđ actor replicet ⁊ ostendat qđ habuerit de volũtate vẽditoris: vel saltẽ ipso sciente ⁊ nõ cõtradicẽte: quo casu nõ est fur nec credo. C. de acqui. pos. l. animus. vel se soluisse pre-
18 tium: ⁊ sic dꝫ intelligi. d. l. de pretio. ¶ † Item cum actor habeat probare traditionẽ: ipsa probata vꝫ habita fides de pretio: vt dixi. s. de rerũ diuisione. §. vẽdite. Sequitur videre de quinto quid venit in hac actione. Hoc non reperiꝛ bene expressum. dici tamẽ
a põtᵃ qđ omnia veniunt que in rei vẽdicatiõe: sicut restitutio rei: fructus: ⁊ dãna. ⁊ in summa dic vt in rei vẽdicatiõe dixi. s. eo. ti.
19 §. j. qꝛ instar eius sequiꝛ. ff. e. l. eũ qui. §. in publiciana. ¶ † Videamus de vltimo vcꝫ de forma libelli. ⁊ glo. ponit diuersos modos formãdi. ¶ Primos duos reprobat: qꝛ agẽs mẽtireꝛ. ⁊ credo ꝙ bñ dicit. ⁊ hoc et doc. Itẽ gl. reprobat tertiũ modũ alternatiuũ ⁊ idẽ sequũtur doc. Videꝛ tñ expeditũ qđ hodie debeat admitti de iure canonico: extra de sententia ⁊ re iudi. c. abbate. ⁊ ibi tenet Archi. ⁊ notabat de hoc extra de in inte. resti. c. ꝯstitutꝰ. ⁊ Spec. qui nõ figit pedẽ de actio. seu petitio. §. sequiꝛ. versi. itẽ no. de cã pos. ⁊ ꝓprie. §. nũc dicẽdũ. Quicquid tñ dicãt: patulo pꝫ: qꝛ talis
b libellusᵇ de iure nõ pcedit nisi in casu quo eẽt incertitudo ꝓbabilis per. §. qꝛ autem. ff. quorum lega. l. ij. ⁊ factũ aduersarij. Sed Inno. intelligit illũ. §. generaliter. quomodocũq꜄ sit incertitudo ꝓbabilis: vt no. in. d. c. ꝯstitutus. ex illo intellectu posuit illa vba in. d. c. abbate. cuius fuit author: ⁊ credo qđ sit bonus intellectꝰ. Unde ff. si pars here. peta. l. j. §. fi. de rei vendi. l. que de tota. §. fin. Unde fm intellectum illum põt dici ꝙ vbi agẽs publiciana habet causam dubitandi an author suus esset dñs: qꝛ forte emit ab ignoto vel viatore: tũc admittaꝛ libellus. sꝫ vbi author est certus et notꝰ ⁊ põt se certificare de dño: non videꝛ habere colorẽ ꝙ talis alter-
20 natiuus libellus admittatur. ¶ † Sed queritur in rei vendicatione: sufficit me dicere dñm nec habeo ponere causam mediatã nunqd idẽ in publiciana: Videꝛ ꝙ sic per. d. c. abbate. vbi videꝛ expressum. ⁊ hoc videꝛ sentire gl. hic in libello quẽ approbat vbi ponit solum cãm quasi dominij: sed hoc non videꝛ verũ: qꝛ que sunt necessario probabilia sunt punibilia: sed necessario oportet probare: ergo necessario oportet poni. ¶ Primum probatur: qꝛ testes nõ debent deponere nisi super cõtentis in libello nec interrogari: vt notaꝛ in. l. si quis libertatẽ. §. j. ff. de peti. here. Qđ autẽ
c probari debeat titulusᶜ: patet per totã hãc materiã: ⁊ ff. e. l. quecũq꜄. §. q a pupillo. Spe. in suo libello: ponit solũ quasi dñiũ nec quicq꜄ ponit de causa mediata: vt. d. §. nũc dicendũ. Quicqd sit si nõ debeat poni in libello opꝫ ꝙ ponaꝛ in articulis super qbus
21 testes examinabũtur. ¶ † Consueuit queri circa hanc materiam vtrũ snĩa lata in rei vẽdicatiõe obstet exceptio rei iudicate in publiciana vel econtra. De hoc nõ est questio fm Hy. qꝛ expressum est. ff. de euic. l. minor. §. si seruos. qđ verum est vbi est actũ altera. ¶ Sed quid si actũ sit vtraq꜄: qꝛ actor facit libellũ alternatiuũ dicẽdo ꝙ res ptinet ad ipsum iure dñij vel quasi. Tũc credo cõtra etiã si alterũ tm̃ sit in pcessu ꝓsecutus. totũ enim ius suũ in iudicio deduxit. ff. de excep. rei iudi. l. ⁊ an eadẽ. §. actiones. ⁊ idẽ crederẽ si dixisset se quasi dñm ex vna causa: qꝛ forte emit: qꝛ non poterit agere ex alia dicẽdo forte rẽ sibi donatã p dictũ. §. iũge. j. e. l. sic itaq꜄. ⁊ hoc qñ non exp̃ssit ab initio: vt eo. tit. l. si mater. §. si
22 quis aũt. ¶ † Sed nunqd dꝫ ꝯcludi in hac actiõe ad declarationẽ vel rei tm̃ restitutionẽ: Gl. Spe. ⁊ quasi oẽs doc. ꝯcludunt ad restitutionẽ. Securius tñ est ꝙ cum hec actio sit realis ⁊ habeat instar rei vẽ. vt. l. eũ qui. §. in publiciana. qđ cõcludaꝛ ad declarationẽ quasi dñij fm Pe. Et potes sic formare. Coraꝫ vobis dño tali iudice. ⁊ dicit: ⁊ ꝓponit Titiꝰ actor ꝯtra Semproniũ reũ ꝙ lꝫ talis res ad ipsum ptineat iure quasi dñij qꝛ eã emit a tali quẽ dñm eẽ credebat eãq꜄ p verã traditionẽ accepit: eiusq꜄ possessionem adeptus fuit: eratq꜄ in causa vsucapiẽdi cũ a possessiõe cecidit nihilominus Sempronius possessor vel detẽtator eiusdẽ eandem rem dimittere ⁊ restituere dicto Titio denegat minꝰ iuste: quare petit dictꝰ Titius dictã rẽ ad se iure quasi dñij pertinere per snĩam declarari ⁊ hoc declarato per officiuꝫ vestrum cõpelli dictã rem eidem Titio restituere cũ fructibus ⁊ dãnis ⁊c. vt dixi in rei vẽdi. s. eo. §. j. Et hoc qñ publiciana competit pro corporalibus. Si autem ad incorporalia iuxta. l. si ego. §. j. ff. eo. tunc formabis sic. Dico ego talis cõtra talem qđ lꝫ talis ꝯstituerit mihi seruitutẽ in tali fundo meo transeundi per fundum quem credebam esse suũ ad fundũ meum: eiusdem seruitutis quasi possessionem habens bona fide: nihilominus tñ idem talis me impedit (declara impedimentum) quominus vti possum dicta seruitute minus iuste: quare peto dictam seruitutem quasi competere fundo meo per vestram sententiã declarari: ⁊ hoc declarato impedimentum predictũ amoueri ⁊ in futurũ cauere de nõ impediẽdo ⁊ interesse ⁊ damna ⁊c. Et ꝯforma eã ad id qđ dixi. s. §. proxi. de cõfessoria. nisi in hoc. Et dic ꝙ in hoc est ista actio vtilis: qꝛ non teneꝛ ꝓbare omnẽ illũ qui cõstituit seruitutẽ nec forte se dñm fundi cui est seruitus ꝯstituta qđ al's esset necesse: vt. l. ꝗ. ff. si serui. vẽ. qꝛ de natura publiciane est qđ in ea nõ oporteat probari dñium.
23 ¶ † Sed ad hoc posset dici ꝙ verũ est qđ non teneꝛ ꝓbare dñm suum autorẽ nec se ex illo ꝯtractu quo nititur: qꝛ titulus ⁊ bona fides habeãtur loco dominij in hoc: sed quo ad dñiũ fundi sui cui dicit deberi seruitutem super quo nihil allegat nec titulũ nec bonam fidem nõ videreꝛ quin probare haberet dñium vel saltẽ quasi dñiũ in casu quo nõ possideret seruitutẽ iuxta opi. Azo. de qua. s. §. proxi. ¶ Hec procedunt qñ agitur de seruitute reali debita a re rei. si aũt a personali debita a re persone ꝯcluderetur
24 sic. Quare petit seruitutẽ talem sibi deberi ⁊c. ¶ † Sed queriꝛᵈ
d quare hec actio fuit melius nominata per se ⁊ facit certã specieꝫ ꝙ bonorum possessio hereditatis petitioni que non est certa species: sꝫ ciuilis expẽsa: vt no. de bo. possessio. heredi. petit. l. j. vnde potuisset pretor extendisse rei vendi. ciuilem ad hunc casum vel confessionem ciuilem. Sed ad hoc potest responderi quia dominus ⁊ non dominus non habent tantam cõformitatem inter se sicut heres et bonorũ possessor: vnde rei vendi. et confessoria que competunt dominis non debuerũt extendi ad casum non domini sibi contrarium: sed heres ⁊ bo. pos. non sunt cõtrarij. ¶ Sed cur publiciana non datur creditori qui habet causam a non domino sicut seruiana extenditur. ff. de pigno. l. si ab eo. ⁊ cõfessoria ⁊ negatoria: vt. §. s. proxi. notatuꝫ est. ff. de seruitute. l. ei qui: Solu. quia esset contra naturam publiciane que requirit titulũ habilem ad transferendum dominium: vt. s. dictum est. et creditor non habet titulum dominij: confessoria vero ⁊ negatoria non videntur ei competere: sed vtilis hypot. ⁊ not. dictam. l. ei qui.

1 ¶ Ciuitates alie quam Romana an restituantur sicut ipsa Romana.

2 Presens si petat restitui contra absentem vel absens contra presentem quid iuris.

a ¶ Põt. Vide Ang. in. x. col. in fi. ver. qd veniat.

b ¶ Talis libelꝰ. Vide hic Jas. sup hãc gl. in. xj. col. ⁊ se. ⁊ Ang. h in. v. col. v. in glo. dicit. vide Pet. Jac. in ti. de act. publici.

c ¶ Titulus. an autẽ probare debeat agẽs publiciana possessionẽ sui authoris. iteꝫ qs sit effectꝰ istiꝰ actiõis ⁊ eiꝰ ꝯdẽnatiõis: vide hic p Ang. i vlti. col.

d ¶ Sꝫ queriꝛ. hãc qõnẽ format Jas. hic in. ij. col. post princ. in ver. Scõm dubiuꝫ. et laudat Joã. fab. õ hac rñsiõe sua. ⁊ vide super hoc do. Jas. i sex vlti. colũ. multa pulchra ⁊ notãda in materia ꝯsciẽtie.

3 Usucapio quomodo rescindatur.
4 Judicia duo quod competant scilicet rescindens rescissoriaz an hoc sit perpetuo verum.
5 Quid si usucapio que per magnum tempus currebat sit completa in presentia.
6 Lesus propter iustam absentiam restituitur:ne officium suuz sit sibi damnosum.
7 Lesus quando petit restitui inspicitur tempus lesionis non tempus subsequens in quo restitutio non concederetur.
8 Servari debet circa tempus quod servatur circa reos.
9 Restitutio fuit concessa a pretore mortuo tanq̃ beneficium contra ius commune.
10 Lesio ubi est in tempore:tempus ad petendam restitutionem in integrum an currat a tempore lesionis.
11 Actio rescissoria an sit distincta species actionis.
12 Actio amissa per usucapionem et recuperata per restitutionem an dicatur nativa vel dativa.
13 Actio rescissoria an competat pro immobilibus.
14 Actio rescissoria et iudicium rescindens usq; ad quod tempus competant.
15 Restitutio si fuerit concessa post quadriennium an valeat.
16 Judicium rescindens quanto tempore durat.
17 An antem hec actio possit perpetuari.
18 Rescissio an perpetuetur per litis contestationem factam in iudicio rescindenti.
19 Judicium rescindens an sit continuũ si lis vertatur in consistorio principis.
20 Actio rescissoria an possit opponi per modum exceptionis ante restitutionem.
Et an possit excipi perpetuo.ibidem.vide versic. Queritur utrũ possit excipi.
21 Libellus qualiter formatur in iudicio rescindenti.
22 Quid si per iudicium rescindens non debeat res restitui qualiter tunc dicet actor.
23 Quid autem si actor agat prima actione nulla mentiõe facta de restitutione an libellus procedat.
24 Restitutio in integrum datur causa cognita:quid si pars se contumaciter absentat:quid fiet.
25 Restitui qui petit debet se dicere fuisse lesum:an teneatur probare expressim lesionem.
26 Quid autem si petens se restitui ad actionem rescissoriam in iudicio rescindenti oneravit se plena probatione:τ probavit plene rem ad se pertinere:pars vero nihil in contrarium dedit: an facta restitutione in integrum in eodem iudicio fiat rei restitutio.
27 Civitates si sint lese an restituantur.
28 Absentia sola an sit causa dandi restitutionem legatis.
29 Fiscus.hoc verbum diversimode accipitur in iure.
30 Prelatus in his que ipsum tangunt non restituitur:licet ecclesia restituatur.

Rursus ex diverso si quis.

¶ Iste.§. hꝫ duas partes.Primo de restitutione ɔcedenda presenti cõtra absentẽ. Scdo econtra de restitutiõe danda absenti contra presentẽ:τ de multis aliis casibus in quibus restitutio cõcedit̃.prima in principio.scda ibi qđ genꝰ τc.Casus satis planus est. ¶ Sempronius emit librũ meũ a Titio bona fide τ per traditioneꝫ accepit.iuit ultra mare vel alicubi extra ꝓvinciã cã reipublice ante finitã usucapionẽ τ anteq̃ agerẽ cõtra ipsum:vel forte fuit captꝰ ab hostibus.cũ esset in fortia hostiũ anteq̃ rediret cõpleuit usucapioneꝫ libri mei:deinde rediit. Querit̃ quõ mihi prouidebit̃ ne meũ librum amittã quẽ petere non potui propter eius absentiã. Imperator rñdet qđ ego librũ meũ possum petere intra annuꝫ rescissa usucapiõe quasi meũ τ vẽdicare quasi meũ:acsi possessor nõ usucepisset.hoc in p̃io dicto. ¶ Sed pone in ver.qđ genꝰ.dñe imperator quid erit si presens usucepit reꝫ absentis.vel in multis aliis casibus in quibus quis non põt rem suã petere propter legitimũ impedimentũ:nunquid subuenieť illi impedito? Imperator rñdet qđ pretor qui hanc actionẽ introducit accommodat eis hãc actionẽ simili equitate motus:ut hoc ex latiore.ff.volumine intelligere lꝫ.h.d. ¶ Uiso casu venio ad gl. quas additionare intẽdo in paucis locis:q2 expeditio τ declaratio earũ cadet in ꝓsecutiõe 1 materie pro maiori parte. ¶ †In glo.s.civitatis.in fi.an aũt alie civitates a Romana restituant̃:videbis in ꝓsecutione materie. ¶ In gl.qui sint.ibi credo q2 sic.hoc verũ: q2 ubi agit̃ de restitutione cõcedẽda presenti contra absentẽ nõ refert de causa absentie.ff.e.l.itẽ ait ptor.§.fi.τ vide his.§.gl.ii. ¶ In ea.gl. in fi.ª vide a §.de iure naturali gentium τ civili.§.is antem.versi.bella. ¶ In gl.i.servitute.sic sumit̃.§.de his qui sui vel alie. iur. sunt.§.j.et.ij. ¶ In ea.gl.ibi:idest iurisdictiõe.ff.de iurisd.om.iud.l.imperiuꝫ. τ.l.cũ qui.§.j.melius.ff.de pigno.l.fideiussor. de edilitio edicto.l. quis sit fugitivus.§.pe. ¶ In ea.gl.ibi:sub platis.hoc nõ reperitur bene expressum:q2 clerici sint sub potestatẽ episcopi nisi recipias potestatem pro iurisdictiõe:vt.§.proxime.sed religiosi sunt sub obediẽtia:cum nõ habeãt velle vel nolle.xij.q.j.c.nõ dicatis. extra de elec.c.si religiosus.lib.vj.extra de testamẽ.c.ij. ¶ In ea. glo.ibi.l.potestatis.itẽ sumit̃ ꝓ regimine.§.de tute.§.tutela.item pro facultate restituẽdi.ff.de nova.l.quoties.itẽ pro libera detentatione.ff.de usuca.l.sequit̃.§.tunc in potestate. ¶ In ea.glos.in b fi.ᵇ nõ intelligas q2 ius postliminij habeat locũ nisi in peculiaribus.ff.ex qb.cau.maio.l.deniq;.τ ibi plene de hoc. ¶ In gl.q.d. ibi pro quo erat.ff.ex quib.cau.maio.si cui.§.tãdiu. ¶ In ea. gl. ibi.l.ab hostibus.§.sed qđ.de hoc statim videbis in tractatu ma-
2 terie. ¶ †In ea.gl.in fi.hec glo.est aliquantulũ obscura τ intrat materiã quam nõ oportet hic intrare:videlicet ex qua causa absens restituatur.de qua.ff.de in integ.resti.l.fi. Unde vult dicere gl.q2 hoc edictũ duo habet capita.nã interdũ presens vult restitui cõtra absentem.interdũ ecõtra absens cõtra presenteꝫ. Primo casu nõ curat̃ ex qua causa aliquis absens fuerit:sꝫ solũ qđ presens nõ haberet quẽ cõveniret sic intelligit̃ is.§.Sed in secũdo casu est differẽtia ex qua causa qs absens fuerit:vt plane notatur in.d.l.fi. ¶ Itẽ caue q2 hic intelligit̃ vꝫ q2 presens restituatur cõtra absentẽ si nõ fuerit qui defenderet absentẽ. nam si habuerit defensorẽ/ꝓcuratorẽ/vel amicũ/nõ restitueret̃ pñsens.ff. ex qb.cau.l.j.§.verba melius.l.itẽ ait ptor.§.hec aũt restitutio.τ sic oportet q2 pñsens fecerit diligentiam super hoc. ¶ An aũt hodie hoc sit correctũ:vide plene.ff.ex quib.cau.maio.l.is qui.que glo. est necessaria ad intellectũ huiꝰ.§.τ vide.e.tit.l.itẽ ait pretor.§.fi. ¶ In gl.per in integrũ.restitutionẽ.in fi.vide de his in ꝓsecutione materie quasi prosequimur ꝑ questiones.Et primo q2 ter. di-
3 cit hic usucapiõe rescissa põt petere τc.†Queritur quomodo rescindat̃ usucapio.τ super hoc sunt opiniones in gl. ¶ Quidã dicunt q2 rescindit̃ ꝑ in integrũ restitutionẽ:τ ita officio iudicis. nam restitutio in integrũ ꝑ officiũ iudicis expedit̃.ff.de mino.l. q2 si minor.§.fi.Alij dicũt q2 rescindit̃ ipso iure τ statiꝫ sine restitutione:vt hic notatur in gl.per in integ.resti.τc. Tamẽ cõcors est opi.oĩm doct.q2 per in integr.resti.τ ita per officiũ iudicis rescindat̃.τ hoc probat Dy.inter ceteros:q2 restitutio maiorum τ minorũ equiparantur.C.de tẽpo.in integ.resti.l.fi.Sed restitutio minoris petitur per officiũ iudicis:vt.l.qđ si minor.§.fi.ff. de mino.ergo τ restitutio maiorũ.τ pro hoc facit iste ter.cũ dicit: rescissa.etiã dãdo intelligi expresse q2 oportet rescindi anteq̃ agatur rescissoria:vt.C.de cap.l.ab hostibus.la.ij.τ hoc videt̃ quasi expressum.ff.ex qui.caus.maio.l.si qs stipulatus.Unde scire debes q2 est iudiciũ rescindens τ rescissoriũ ꝫm oẽs doc. ¶ Judiciũ rescindens est officiũ iudicis per qđ datur in integrũ restitutio et rescindit̃ obstaculum qđ impediebat restitutũ agere τ rem reponi in statu in quo erat tempore quo lesio cõtingit. ¶ Rescissoriũ est qđ competit rescisso obstaculo verbigratia.usucepisti meam rem quam potuissem vẽdicare nisi fuisset tua absentia.datur in integrum restitutio τ rescindit̃ usucapio ita q2 ego rem meã vendicabo perinde ac si non esset usucapta.τ hoc dicit is.§.τ hec in integrũ restitutio datur per officiũ iudi. τ vocat̃ iudiciũ rescindens.sed rei vendicatio que rescissa usucapione cõpetit: vocatur
4 rescissoria. ¶ †Sed querit̃ utrũ hec sint vera ꝑpetuo q2 cõpetãt duo iudicia rescindẽs τ rescissorium sicut hic dicit̃. Dicas q2 nõ. unde hoc demũ obtinet ubi leso cõpetebat actio ad rem:vel erat cõpetitura si nõ fuisset absens vel aliꝰ impeditꝰ. Uerbigratia.tu tenebas rem meã:habebã actionẽ ad eam que est extincta ꝑpter absentiam vel impedimentũ:tunc obtinet qđ dixi. ¶ Uel pone. stipulatus sum vel sunt mihi legata decem annua annis quibus essem in patria.Ego abfui cã reipublice:τ ita nõ fuit mihi quesita actio seu nata:restituar per officiũ vt agere possim ac si presens essem:iuxta.d.l.si quis stipulatus.τ hoc casu non proprie nõ dicitur rescissoria:imo potiꝰ restitutoria:vt.ff. ad velleianũ.l.q2 nis.§.si cũ essem. Sed ubi nõ cõpetebat actio leso: q2 forte possidebat rem vel est lesus aliꝰ q̃ in perdẽda actiõe nata vel nascenda:tũc totũ expedit̃ per officiũ:nec dat̃ rescissoria.Uerbigratia. possidebã fundũ tpe quo incepi abesse:tu eũ occupasti. reuersus peto in integrũ restitui.certe ego nõ restituar ad agẽdũ. τ ita rescissoria mihi nõ cõpetit. Sed ad possessionẽ meaꝫ τ ad statũ in quo eram tpe quo recessi vel forte cõstitui procuratorẽ qui me in absentia defenderet τ exceptioneꝫ omisit: peto restitui vt possim eam proponere per officiũ vt ad hoc admittar:nec tunc datur rescissoria.ff.de mino.l.in cause.§.interdũ.ff.de admi.tu.l. si finẽ he rede.§.interposito.ex qui.cau.ma.l.ab hostibus.§.si damni. τ de hoc.ff.de ꝑcu.l.qui: proprio.§.item querit̃.τ iunge.§.q.pe. ¶ Itẽ dic vt ibi, impedimentum qđ in absentia mea est appositũ fuit appositũ de facto non autoritate iudiciali:sic q2 actio mihi directa competi absq; resti.in integ.qđ illam possum intentare.C.de capti.l.ab hostibus.nec tunc hꝫ locum restitutio.ff.de mino. l. in
5 cause.τ ex hoc nata fuit questio inter Mar.et Bul. ¶ †Pone
c qđ ᶜ usucapio que per magnũ tps currebat in absentia:fuit com
pleta in

a ¶ In fi. Uide hic Ang. i.ij.col. circa prin.ver. in gl.hostiũ.τ versi. seq.vide do.Jas. hic:l.viij.colum. post princ.in ver. gl.in vers.hostiũ.

b ¶ In fi.doct. cõiter sequuntur hic glo. Sed do. Jas.reprobat hic Ang.quem vide. Iteꝫ q2 ter. dicit q2 captus ab hostibus põt usucape. exemplificat Jas.de actione ꝑsonali i qua currit pscriptio non ex possessiõe prescribentis: sed ex solo cursu temporis negligẽtia nõ petentis:vt hic ꝑ eum,

c ¶ Pone qđ. De hac qõne do. Jaso. recitat hic elegãter doct. altercãtes τ cõcordat eos: demum opi.subiũgit i.x. col.ante me.vers. in ea.glo.ibi.ff.ex qui.can. ma. vid etiam hic Ang.

pleta in presentia. Verbigratia. tpe reuersionis restabāt ad com-
plendum sex vel octo mēses de termino qui fuerūt cōpleti in pre-
sentia vtriusq; partis: nunqd dabit in integrū restitutio vt sub-
ducat ⁊ restituat tantū tps quātū fuit absens? Mar. dicebat q
non. Bul. cōtradicebat: vt plene notat in. l. qd tpe. C. de in integ.
rest. mi. ⁊ l. ab hostibus. §. sed qd simplr. ff. ex quib. cau. ma. Glo.
tenet vbiq; opi. Bul. ⁊ illam etiā sequitur Dy. hic. Pet. de Bel.
per. tenet opi. Mar. pro qua est casus in. l. ab hostibus. §. fin. sm
eum. Azo in sum. dicit q snia Bul. nitit maiori equitate: sz snia
Mar. fulcit maiori autoritate legū: ⁊ ideo tutius est eam tenere.
¶ Hec questio est multū certa. Inn. vr tenere opi. Bul. extra de
verb. sig. c. dilecto filio Jacobo barb. que decretalis facit bn pro
Bul. supponit enim qd nisi totuz tps esset elapsum in presentia:
q subducit tps absentie: sed ibi videt papa ex gratia procedere.
¶ Preterea pōt rnderi qn ibi dr q nisi totū tps ⁊c. sub. vel tātū
qd potuerit negligētie imputari. Itē facit p Bul. q pena nō dz
extēdi vltra q reperiat delictū. ff. de his qui. vt indig. l. heres. ⁊ l.
rescriptū. ¶ Sed ↄstat qd si tps absentie nō subducat: negligen-
tia subsequētis tpis extenderet ad tps nō negligētie: qd esset ini-
6 quū ⁊ cōtra leges predictas: ergo non ↄcedendū. ¶ † Itē regula
est infallibilis q lesus per iustā absentiā restituit ne offm sit sibi
dānosum. ff. e. l. necnō. §. fi. ⁊ l. seq. sed ↄstat qd absens est lesus in
abbreuiatiōe vite actiōis sue: q̄uis vsucapio cōpleta fuerit in p-
sentia: ergo dz ei subueniri. ff. de lega. j. l. creditori. ¶ Preterea si-
cut restituit absens ↄ presentem: ⁊ sic ecōtra presens ↄ absentē. ff.
ex qui. cau. ma. l. j. §. j. sz ↄstat q vbi miles absens inchoauit pscri-
ptionē ⁊ heres cōpleuit: dat psenti restitutio ↄ heredē: ergo et in
hoc casu dabit. ff. ex q. cau. maio. l. cuz miles. lex em illa supponit
7 heredē fuisse psentē: als nō haberet dubiū. ¶ † Preterea vbi le-
sus petit restitui: inspicitur tps lesionis nō tps subsequēs in quo
restitutio nō cōcederet. ff. de minori. l. iij. §. scio. cōstat aūt in casu
nostro qd absens lesus fuit in cursu tēporis ⁊ vita sue actiōis: vt
satis. s. probatū est: ergo habito respectu ad tēpus illius lesionis
non ad tempus subsequens: debet cōcedi restitutio. ¶ Preterea
hoc est expressum in. l. qd tempore. C. de resti. mili. dicit enim sub-
lata prescriptione medij temporis ⁊c. q tēpus posset dici mediū
nisi esset cōpleta in psentia. Et si dicas: post reuersionez modico
tpe fuit cōpleta: tu diuinas: q tex. hoc non dicit. ¶ Itē. l. aperte
dicit q nedum inspicitur tps quo prescriptio cōpletur in restitu
tione concedenda: ⁊ subducendo tpe: imo et tempus cuiuslibet
absentie precedētis. ff. ex qui. cau. maio. l. necnon. §. si quis sepius.
per quā concludit q prescriptiōe cōpleta habet relatio ad tem-
pus absentie precedētis. ¶ Preterea leges dicūt indistincte tem
pus absentie deduci ⁊ residuū computari nō distincto vtrū con-
currerunt ante vel post. ⁊ sic indistincte est tenēda. C. qui. non ob.
longi tpis prescrip. l. prescriptione. Preterea cum tps totum vsu
capi. ⁊ prescriptionis in odium negligentiū concedatur ⁊ cōtra
dominos prefigatur: si vltimi temporis post reuersionē elapsi ne-
gligentia excludit restitutionē: cur non ⁊ primi cuz ita fuerit ne-
gligens in primo sicut in vltimo: ⁊ tn nullus vnq presumpsit di-
cere qd negligentia tpis precedentis excludat restitutionē? Ver-
bigratia. Pone q duobus annis ⁊ mensibus sex vsucepisti in p-
sentia mea: vltimis sex mēsib9 abfui cā reipublice: nemo diceret
qd negligentia precedentis tēporis me excluderet a restitutione:
cur ergo subsequēs cū totū tps vniformiter cōcessum sit ad vsu-
capionē seu prescriptionē ⁊ ad me excludendū? non videt ratio.
8 ¶ † Preterea illud qd seruatur circa res dz seruari circa tps. ff.
de mili. testa. l. miles. §. qd diximus. Sz ita est q negligētia seu de-
